image
not
available

image
not
available

image
not
available

image
not
available

image
not
available



REGESTA

sive

Rerum Boicarum Autographa

ad

annum usque MCCC.

e

Regni Scriniis

fideliter in Summas contracta

juxtaque genuinam terrae stirpisque diversitatem

in

Bavarica, Alemanica et Franconica

synchronistice disposita

curà

Caroli Henrici de Lang


Sacrae Coronae Bavaricae Equitis aurati.


Volumen IV.

Monaci

Impensis Regiis

1828.


BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS



Magna quadam animi voluptate jure nostro afficimur, quod opus multis quidem ab initio vastum visum coeptu atque difficile effectu, intra quattuor circiter lustra a nobis et inchoatum fuerit et continuatum assidue, et ad finem tandem prospere perductum, rara quadam temporis nostri felicitate, quae nobis ad id vegetae senectutis otium fecit, primum sub MAXIMILIANI Regis, benigni et suavissimi, et LVDOVICI deinde justi et propositi tenacis numine, quorum utrique pro munifice facta impensarum largitione susceptoque instituti nostri patrocinio, et quod rem tantam jussu Antecessoris inceptam, relinquere noluit Successoris pietas, posteritatis sempiterna habebitur gratia.

Regestorum autem haec Volumina quomodo ad patriae historiam illustrandam possint inservire, quave cura illorum ope antiquae scripturae monumenta domestica ad unum conquisita perscribi, inter sese comparari, et quae nobis tradiderint, ab omni oblivionis interitu conservari, satis iam antea nos indicavisse arbitramur. Verumetiam praeter Bavariae regiones non vicinas tantummodo terras, sed quaslibet Germaniae gentes ex iisdem rivulis hortulos suos posse irrigare confidimus. Nec in tanta spe destituti sumus, quum intra breve temporis spatium doctissimos iam viros eo intentos cognoscimus. Inter quos non ultimum collocamus praeclarum *Raumerum*, Hohenstauffensium Historiae auctorem, cui ad Imperatorum itineraria magis magisque explenda ex Regestis Annalibusque nostris non pauca usu se obtulisse videntur.

Quando vero recordamur quot quantisque in desideriis fuerint remotiora illa tempora, ut rerum gestarum ubique certos annos et dies, Imperatorum peregrinationes veramque eorum unoquoque tempore sedem cognoscendi atque defectus dierum explendi sit facultas, tunc quidem optimo illi nostro *Häberlino,* si Historiam suam Germaniae (Halae 1767. seqq. 8.) nunc scripturus esset, ex hodierna Regestorum copia multo jam sactisfactum esse sibi nulli dubitamus. Quippe qui omnes Friderici II. chartas, intra annum 1216. ad XIV. Kalendas Iunias anni 1218. usque datas, perraras praedicans, quarum celeberrimus *Raumerus* viginti sex enumerat, inter solas nostras Bavaricas decem et septem jam deprehendere posset. Ejusdem tamen Imperatoris chartae ex anno 1244. ab *Häberlino* nostro prorsus desideratae (*Raumerus* paucissimas, quinque numero designat) in nostris quoque Archivis omnino deficere videntur. Ex Ottonis IV. literis, omnibus perraris, apud *Raumerum* octoginta quinque universo numero, Regesta nostra non amplius sex exhibent. Wilhelmi Regis, utpote harum terrarum minime potis, duas tantum nos literas habemus, ex anno 1253. Eumdem tamen mense Aprili 1248. Moguntiae, et mense Junio Bruggae commoratum esse, idquod *Häberlino* dubium adhuc videbatur, certo jam constat ex *Raumero.* Chunradi Regis IV. chartas, ad annum 1244. usque, Regesta nostra non exhibent nisi septem, inter eas autem ex ipso anno 1244. ex quo neque *Häberlinus* noster nec *Raumerus* ullam cognovere, unicam quidem, albo corvo rariorem, datam Norimbergae die XX. Februarii. Perscrutanti *Häberlino,* ubi locorum Rudolphus Rex anno 1285. mense Januario constiterit? ex Regestis respondemus Egrae fuisse V. Kalendis Februariis. Ubinam post exacta comitia mense Martio et Aprili Herbipoli celebrata? anquirenti monstramus Spiram XVII. Kalendas Junias, Gemundiam XVIII. Kalendas Septembres, Giengam XVI. Kalendas Octobres; quo minus tamen nobis credere libet, eundem Regem Rudolphum eo ipso anno comitiis Francofurti praesedisse, immo vero Thuringiam adeo, ut a nonnullis vulgatur, pervenisse. Ultimas Rudolphi literas in Regestis nostris habemus datas Magun-

tiae III. Non. Jun. 1291. Ex anno 1294. literarum Adolfi Regis quam maxime sterili, ut secundum *Häberlinum* a die secundo Februarii ad vigesimum Junii usque reperirentur prorsus nullae, Regesta nostra praebent sat multas, datas Ratisponae V. Kalendas Majas; Nurembergae pridie Nonas Majas; apud Rotenburg VIII. Idus Augustas; Norimbergae VIII. Idus Septembres. Non possumus tamen, quin ex ejusdem Regis charta, data anno 1297. IX. Kalendas Octobres Confluentiae, diffidamus aliis literis a nonnullis exhibitis, quibus Regem istum mense Octobri quoque in Misnia versatum esse evincere quidem cuperent.

Imperatorum Regumque chartas nostra haec Volumina continent septingentis quinquaginta octo amplius; quarum quum ex Bavaricis terris tantummodo ea sit copia, facile inde perspicimus, quanta turba foret congreganda qualisve moles subeunda, si forte alii, ut multis erat in votis, niterentur, Imperatorum literas ex omni Germania, vel pro certo tantum temporis termino, universas ac plenas typis expressas, adstruere „Historiarum Monumentis."

Summorum Pontificum Bullas Brevesque literas inde ab exordiente saeculo undecimo ad finem duodecimi usque, accenso ubique Supplementorum residuo, in primo nostro Volumine enumeramus CLXV. omniumque primam Bullam Joannis Papae XVIII. anni 1007; deinde ad annum MCCL. usque, in secundo Volumine CCLXVI; inde ad annum usque MCCLXXV. tertio in Volumine CLXIII; ad annum denique MCCC. in quarto Volumine LXXII; universim itaque sexcentas sexaginta sex; ex quibus si uberem antiquioris aevi segetem cum parca ac deficiente posteri temporis comparavimus, Romanae Curiae cum Principibus et ecclesiis Germaniae literarum commercium interruptum pedetentim et magis magisque imminutum cognoscimus.

In collocandis autem hisce Pontificum literis juxta rectum annorum ordinem magnis interdum luctandum erat difficultatibus, quod raro annos a Christo nato, sed plerumque a Pontificatu suscepto computant, ex quo qui ad nostram aeram illos revocant, saepius anno plus minusve aberrantes deprehenduntur. Nos igitur constanter id consilium exequuti sumus, ut cujusvis Pontificis annum primum non eo Christi nati anno, quo fuerit sublimatus, includeremus, nec ab electionis quidem die, sed ab inaugurationis illo exordiremur, progrediendo inde ad eundem diem sequentis anni atque hinc denuo alterum annum incipiendo; quo fit, ut unus idemque Pontificatus annus duos plerumque attingere soleat Christianae aerae numeros. Quam computandi rationem, re vera ab illa *Hellwigii* (Zeitrechnung, Wien 1787. f.) paullum omnino abeuntem, in omnibus fere probam justamque perspeximus, quum Laërtii *Cherubini* Magnum Bullarium Romanum (Luxenburgi 1742. Vol. VIII. f.) diligenter perscrutantes Paparum Bullas, quae ibi exhibentur, quoad temporis computationem conferremus cum nostris. Quod ipsum tamen Bullarium, ex nominis sui forsitan augurio, haud ita magnum credas et integrum, ut nostras ipsas Bullas quoque contentas ibi, sive indicatas saltem exspectes. Immo vero sub idem temporis spatium, quo Regesta nostra primo Volumine Bullas centum sexaginta quinque enumerant, Bullarium nomine et ambitu Magnum earum non nisi quinquaginta sex numero suppeditat, sed, fatendum, maximi momenti paene omnes, ordinationes generales, Ordinum fundationes et constitutiones, Episcopatuum conscriptiones, publicas cum Principibus et Rebuspublicis tractatus, literas Cruciatas idque generis cetera. Oblatam igitur Bullarii istius opportunitatem haud dimisimus, quin cognosceremus, quemadmodum omnibus paribus istis paria quoque respondeant nostra, atque si non multa, nonnulla tamen inde cepimus, per quae literas aliquas ad rectiorem computationem accommodemus. Inter quas primum ponimus Bullam Lucii Papae III. datam Veronae XIII Kalendis Martiis (Regest. Vol. I. 324.), quam non ad annum 1183. ut prius sumus augurati, sed

ad annum 1184. referendam esse jam videmus. Nec minus Bullam Gregorii Papae VIII. ex die II. Kal. Febr. anni 1187. (Vol. I. 338.) non, ut posuimus, datam esse apud Formiam, sed apud Ferrariam, ex ejusdem temporis exemplis satis comperimus; — contra certe Bullarium ipsum labari conspicimus, literas Innocentii III. datas IV. Oct. Pontificatus anno *sexto*, ad annum 1200. disponendo, quum ex utroque unum tantum firmum habendum sit, sive Pontificatus annus VI. congruens anno Christi 1203. sive annus Christi 1200. sed Pontificatus tum annus tertius. Ancipites admodum haeremus denique in Bulla Alexandri Papae IV. data Nonis Martiis, anno 1260. *Laterani* (Vol. III. 147.) quam Anagniae esse datam ceterae omnes demonstrant.

Supplementorum mantissa, quam promisimus, ad finem illico subjuncta habetur, ut per frequentem turbam id generis documentorum, quaeque oculos nostros prius defugerint, quaeque sero indicata nobis deditaque fuerint, agmen ipsum clausisse videremur.

Lubenter aeque curavissemus, Registra quoque quae vocant adjicienda Indicesve rerum praecipuarum atque hominum et locorum. Supersedimus tamen huic labori, verentes, ne forte intempestivis nos sumtibus parcere atque laborum finem ponere qui nesciamus insimulent, aut qui velimus rem exactam subsecivis operibus redordiri minutiasque sectari denique. Sed haec, maxime licet exoptanda, suo tempori, aptiori quidem, alteriusque sollertiae intacta relinquimus; nobis jam cetera exsequi rivosque claudere satius visum et justum.

Neque vero nos poenituerit ultimo huic Volumini iterum annectere Emendandorum vel Explendorum pagellas, quibus ab erroribus vindicemus, si quid in litera forte vel numero delictum vel chartarum ordo perversus fuerit et repudiatus. Negligentibus enim nobis esse quum non liceat, praetulimus sane dare

purgata a nobis usquedum pote, benevolosque objurgatores placare, quam vano ostentationis studio menda celare.

Veremur tamen ut in re tanta et difficili labor noster nullám inde reprehensionem ferat, quam quidem si experturi simus ab iis, quibus ipsis nihil unquam abesse solet, consolentur nos certe, quae ex doctissimi Viri *Audiffreti* Casanatensis Bibliothecae Catalogo tamquam pro nobis quoque apprime dicta depromimus: „Nil attinet de hominum laude loqui, quae stimulos interdum addere solet „humanae imbecillitati ad asperrimos labores subeundos. Ea enim nobis semper „animi insedit sententia, eum qui Indicem scribere ingreditur, posse quidem „in multorum reprehensionem incurrere, in approbationem non item; quam „a perpaucis vix extorquebit, ubi omne studium et diligentiam in rem „contulerit."

Itaque nos post longam quasi peregrinationem ultimi oram appulsi vela contrahimus. Vos autem, Fautores atque Amici, valete nostraque industria probe utemini.

Dabamus Onoldi Kalendis Februariis MDCCCXXVIII.

Emendanda ulterius atque explenda.

Volumine I.

Pag. 18. lin. 13. laudatis adjungas *Lib. Prob.* num. 66.
— 22. lin. 5. item *Lib. Prob.* num. 26.
— 26. Chartae Arnulphi Imp. datae XIV. Kal. Sept. Ind. VI. in Rantestorf et ab Engilperone Notario ad vicem Wichingi recognitae, a nobis autem in dubium vocatae; multam praeterea suspicionem auget ejusdem Imperatoris alia charta (Hist. Archiv für Süddeutschland II. 215.), recognita a Wichingo Cancellario *in vicem Theotmari* Archicapellani et data in Rantesdorf II. die Septembris, *Indictione* I. atque sic recte quidem.
— 30. lin. 8. pro 25. l. 35.
— 38. ad chartam Ottonis de anno 959. datam Rore notare lubet, nos ad ductum *Herrgotti* Geneal. Domus Austr. Praeleg. 44. eo sub loco intelligere vetus Castrum Lenzburg, postmodo Aarau, in Comitatu Rore.
— 66. ad chartam *Heinrici Primi*, more magis usitato nuncupati *secundi*, observamus, Heinrico vere Primo non impositam esse Imperatoris coronam, indeque eum aliquando non numerari inter ipsi cognomines.
— 69. lin. 7. ab imo, inde a voce "*judiciis publicis*,, adjunge: "in toto Ducatu vel Comitiis Orientalis Franciae.
— 76. in charta Conradi Regis de A. 1027. rectius nobis videtur: datum VI. Id. Jun.
— 84. lin. 3. *Vallis Aurinae*, i. e. hodierna *Ahren*.
— 104. Literas Urbani Papae II. A 1090. animadvertas esse datas anno *Dominicae incarnationis*.
— 109. l. 5. pro "totumque linum et panem,, legendum esse autumamus: totumque linum et *pannum*.
— 111. Chartae Henrici Regis super praedio Sconenberc praefigendus est anni numerus 1109.
— 149. l. 4. subjunge: Ded. Ebrac. Frage etc. p. 246.
— 169. l. 3. pro praef. Schesslitz l. Lichtenfels.
— 172. l. 6. ab imo pro 50 Mart. l. 30.
— 232. Bulla Adriani Papae IV. non ad annum 1158. est referenda, sed ad annum 1159.
— 296. l. 4. ab imo *Ivo* alto supplendum Rivo alto.
— 304. ad chartam Friderici Imp. pro Brixinensi Episcopo de anno 1179. laudanda est v. *Hormayr* Gesch. v. Tyrol.
— 320. l. 4. ab imo pro Papa Lucio II. l. III.
— 324. ejusdem Papae bulla, apposita anno 1183. *circiter*, rectius referatur ad a. 1184.
— 345. locum Aichheim interpretare Eichhöfe, prope Blaubeuern.
— 351. l. 2. Weyer praef. Holfeld? veremur ne rectius posuissemus: *Marien Weiher*.

Pag. 361. Confirmationi Heinrici Imp. pro monasterio Ebracensi subjungas: Ded. Ebrac. Frage etc. p. 244.
— 369. Charta Tiemonis Episcopi non certe quidem ad annum 1196. est referenda, sed *circiter* tantum, rectiusque fere ad a 1199. neque locus Schirndorf in praef. Kulmbach sed Hochstadt quaerendus. Fridericus denique ille de Sewelt pro Domino in Scheinfeld forte habendus?

Volumine II.

— IV. in praefatione l. 4. ab imo pro *eas* l. ea.
— 5. l. 6. chartae Ulrici Abbatis ad annum 1201. positae, praefigere iam velimus annum 1210.
— 7. in charta Abbatis S. Michaelis nomen per literam initialem indicatum non legendum esse Wolframum, sed Ulricum potius judicamus, quum Wolframus in fastis monasterii a. 1202. inter mortuos inveniatur.
— 19. chartae Heinrici Electi subdas Deduct. laudatam Ebracensem p. 249.
— 41. l. i. lege Concanonicorum.
— 53. l. 12. pro vidae l. viduae.
— 64. bullae Innocentii III annum praefigas non 1214. sed 1215.
— 90. chartae Brixinensi de a. 1216 super curiis ad Ritterfuos, bonisque Nozes, Ress et Vorstampt i. e. Ritterfuss, Nozes, Rases et Forstamt subjungatur laudanda *v. Hormayr* Gesch. v. Tyrol.
— 112. l. 1. annus ex typothetae mendo positus 1229 emendetur in 1220.
— 140. l. 7. ab imo Monumentorum Boicorum laudetur non Vol. XII. sed. XIII. itidemque
— 142. l. 7. ab imo non Vol X. sed V.
— 298 Chartae Cunradi Regis, datae mense Maio, et quidem, ut ex aliis liquet, intra diem XX—XXII. Indictione III. adjicias laudandum: Hist statist. Archiv von Süddeutschland I. 138.
— 312. l. 1. inter Alemanica pro Hurchenheim l. Zuerhenheim.
— 314 lineae ultimae subjungas *v. Hormayr* Beytr. II. 327. itidem
— 318. in charta super bonis intra terminos Ziller, . et Vend i. e. Fender, eundem librum laudatum.
— 331. l. 3. ab imo pro transmittunt l. transmittit.
— 340. paginae numerum perperam positum 304. emendes in 340
— 354. Concordiam Rapotonis de anno 1244. novissime publicavit *v. Koch* Beytr. II. 110.
— 389. l. 5. pro quoscunque l. quascunque.
— 409. l. 8. ab imo diem 70. Jul. l. 7. Jul.

Volumine III.

(Multa quidem monitu eximii Viri et optimi, *Schmidii*, Ulmae Praelati, nuper eheu! emortui.)

Pag. 7. lin. 11. pro Maiklein pone Mainklein.

Pag. 12. l. 7. Hartmanni pro Hermanni.

— 27. l. 5 locum Merdinstetin nominis interpretatione suppleas Mergelstetten,

— 33. l. 5. pro 10 Jun. legatur 19.

— 37. l. 12. Rege Cunrado per totum annum 1253. in Italia retento charta ejusdem, praeferens „actum apud Hagenowe, mense Decembri„ nobis non nisi diploma quoddam Curiae suae Provincialis videtur, Regio sub nomine expeditum.

— 39. l. 3. ab imo chartae Hermanni Episcopi laudandum subjungas: *Spies* Archiv. Neben Arb. l. 148. item

— 46 chartae Philippi Archiepisc. Salisb. Hist. statist. Archiv für Süddeutschl. II. 50.

— 50. l. 2. loco imporationem pone implorationem.

— 55. l 6 ab imo literis Eistettensis Episcopi subde Hist. Abhandl. der Ak. d. W. W. V. 474.

— 76. Ambabus Alexandri Papae bullis acciri velimus *Lib. Prob* num 80—82.

— 81. l. 10. in collaudato Schultesio paginam emendes in 13.

— 94. l. 2. ab imo praesantat l praesentat.

— 97. l. 2. haud dubitamus pro Roschingen ponere Zöschingen.

— 110. l. 5. ab imo Brixinensi chartae subnectas laudandum *v. Hormayr* Werke II. 33.

— 117. l. 6. ab imo pro Geusfeld l. Geisfeld; item

— 119. l. 2. ab imo pro Helfenstein ponatur Hellenstein.

— 121. l. 8. loco Wolfinberg, anne sit forsitan Wolffendorff quaerere lubet?

— 125. Chartae Hartmanni Ep. subjungas: Hist. Abh. d. A. d. WW. V. 473. et Riezhalde quid sint demonstratum habeas in *v. Raiser* Lauing S. 44.

— 125. l. 6. ab imo inter Alemanica pro OB... Dapifer rectius legitur EB... i. e. Eberhardus; locum Lademuetingen modo putes Lamentingen.

— 126. chartam Dominae Itae impressam habemus in *v. Hormayr* Beytr. II. 147.

— 189. l. 6. sub villa Stein apud Werdeam intellige Wernizstein, chartaeque ipsi laudandas subde Hist. Abh. d. A. d. WW. V. 480. item

— 195. chartae Bertholdi Ep. *v. Hormayr* Werke III. 457. item

— 196. lin. ultima compromisso Ludovici ejusdem *v. Hormayr* Beytr. II. 311. discrepantibus tamen temporis notis, Kalendis Februariis apud nos, et XIX Kalendis Februarii apud Hormayerum, quae tamen, non numeratae ordine inverso et Romano, sed ordine directo, ut nonnunquam tunc fieri solebat, et a die XIV. Februarii inchoatae, in eundem illum diem primum Februarii incidunt; vid. *Hellwig* l. c. voce Kalendae.

— 199. chartae Cunradi de Risach adhibere liceat *Gatterer* Hist. Holzschuher. Codicis p. 4.

— 239. l. 8. Hartmanmannum reduces ad Hartmannum et

— 241. l. 14. Ludewiwicus l. Ludewicus.

— 250. l. 3. ab imo literis Brunonis Episc. laudandam subnectas *v. Hormayr* Gesch. v. Tyrol

— 253. inter Alemanica l. 2. ab imo pro 25. Oct l. 23.

Pag. 295. in charta Ludovici Comitis de Oettingen, quam nos posuimus ad annum 1267. *circiter*, nisi eam unum forte decennium vel amplius retro computare conemur, incognitus plane et novus quasi nobis occurrit Conradus Comes. Videant antiquarum rerum Oettingensis gentis magis gnari.

— 301. *Rudhart*, Comes de Graifespach; quis quaeso? forsitan ex nominum confusione et istius aevi incuria Wolgerut, aut Bertholdus?

— 318. l. 8. literis Friderici de Rodanch subde: *v. Hormayr* Archiv, 1827. item

— 368. l. 4. ab imo literis Friderici de Rodnek *ejusdem* Gesch. v. Tyrol.

— 389. l. 6. pro 26. Febr. l. 25.

— 449. Reversales Bertholdi impressas jam habemus in Geöffn. Arch. I. 83.

Volumine IV.

— 11. l. 5. ab imo pro Bikenbach l. Bickenbach.

— 233. l. 6. pro Cunrado de Trohtelvingen, hodie Trochtelfingen, magis nobis placebit Trohteluingen i. e. Treuchtlingen.

— 539. ad loca Altham, Ringigen, Teggingen, ne forsitan cognomines Hohenaltheim, Ringingen et M. Deggingen in Dominio Oettingensi opinemur, supplemus nomina hodierna: Altheim, Ringingen et Dächingen prope Ehingen iuxta Danubium.

— 568. Literas Ludovici Ducis Kalendis Augustis 1294. tum jam emortui, rectius legeris: Datum MCCXC. IV. Kal. Augustis, non item MCCXCIV. Kal Augustis.

De ceteris, quae etiam in quarto hoc Volumine amplius peccata esse deprehendentur judicium exspectabimus aequum illud quidem ab iis, qui recte pependerint difficiliorem typothetae operam in scriptura et peregrinae atque inconsuetae linguae usu, locorum quo versentur qui redigat et qui imprimat distantiam, et quod haud raro in ipso emendationis studio et conatu inter manus subterlabantur nova menda eaque graviora quandoque emendatis. Quo circa evenire potuit, ut Ephemerides Lipsienses (1826. n. 112.) quae nos recte quidem monuerunt p. 151. Vol. III. perperam inveniri Cisterciensissis et p. 474. ut nubet pro nubat (quod quidem in promtu est) ipsae tamen fallacem paginarum numerum, quem frustra sectati sumus, nobis demonstraverunt.

REGESTA.

Annus.	B a v a r i c a.
1276.	. . . .
1276.	Testamentum Alrammi de Uttendorf, factum coram C. Abbate de Raitenhaslach, et fratre Ulrico, Capellano ipsius, et servo suo, Friderico de Aemingen. In die Sancti Marcelli Martyris (16. Jan.).
1276.	. . . .
1276.	Heinrici Ducis mandatum procuratorium in Leonem Episcopum Ratisponensem, caeterosque fideles suos, de tractanda pace cum fratre Ludovico. Strubingae XI. Kal. Februarii (22. Jan.).
1276.	. . . .
1276.	. . . .
1276.	Ordinatio de modo compositionis differentiarum inter Ludovicum et Heinricum, Duces Bavariae, ad instantiam Domini Jacobi Ebrodunensis Archiepiscopi, Apostolicae sedis nuncii, et mediantibus Rudolfo, Romanorum Rege, et Herbipolensi ac Ratisponensi Episcopis. Actum et datum in Nurnberch IV. Non. (2.) Februarii.
1276.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Rudolphus Romanorum Rex ecclesiam Onalsbacensem sub sua et Sacri Imperii protectione recipit, et Butegulario Norimbergensi protegendam committit. Dat. Nurenberg VI. Id. (8.) Januarii, Ind. IV. Regni anno III.
. . . .	Volkelinus, Magister Montium ecclesiae majoris, redimit canonem, ex vinetis suis in Ammelindech solvendum, per traditam curiam suam zum Herrnzinken Herbipoli. Datum et actum sabbato post octavam Epiphaniae Domini (18. Jan.).
Ulricus de Gundelfingen Trutwino Abbati de Caesarea donat mansum unum in Mergeslingen. Actum in die conversionis S. Pauli (25. Jan.).	
. . . .	Heinricus de Altheim, cum fratre et aliis suis cohaerentibus, remissa gwerra super advocatia bonorum in Altheim denuo se obligant, ad censum G... Abbatissae ecclesiae sanctae Walpurgis in Eistett, praestandum. Sigillantibus: Episcopo Eistettensi Hiltebrando, dicto de Mern, et Heinrico Marschalco Papenhaimio, Coenobii Advocato. Datum II. Kal. Februarii (31. Jan.).
. . . .	W... de Tannenberg, Archidiaconus, et Albertus de Lewenstein, Canonici Herbipolenses, Heinrico de Tetelbach, civi Herbipolensi, elocant octo jugera vineti in Schallkberg et Trebendingen. Datum dominica "Esto mihi" (16. Feb.).

Annus.	Bavarica.
1276.	Nobilis vir Hainricus de Horbach resignat in manus Domini Hartmanni, Augustensis Episcopi, advocatiam in Geysenhaussen (praef. Landshut) aliaque bona, eaque pro se suoque socero, nobili viro Alberto de Halse, et filiabus suis, Chunegundi, uxore Horbacherii, et Leukardi, ex mandato Episcopi denuo recipit in feudum per Henricum Ducem. Datum et actum in Campis Dietrichshaim, XII. Kal. Martii (18. Feb.).
1276.	. . . .
1276.	. . . .
1276.	. . . .
1276.	Coram Leone, Episcopo Ratisponensi, Heinricus de Chaemerl resignat decimas in Alburch, ab ecclesia Sancti Nicolai sibi hactenus porrectas. Dat. Landeshut V. Id. (11.) Martii.
1276.	. . . .
1276.	Fridericus, Salisburgensis Archi-Episcopus, agnoscit literas Eberhardi, praedecessoris sui, datas Abbati apud Raitenhaslach, quibus Eberhardus monasterio Raitenhaslacensi ubique in ciuitate sua Salzburg, et in oppidis Loufen, Tytmaeningen, Muldorf, et Werven, concedit unam domum liberam a tallis et ab omni servitute, itemque salis vecturam liberam. Dat. Salzburg VIII. Kal. Aprilis (25 Martii).

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Berchtoldi Episcopi Babenbergensis consensu, Kunemundus de Lihtenuels monasterio Langheimensi appropriat mansum unum in Frawendorf (praef Lichtenfels). Dat. apud Babenberg, proxima sexta feria ante "Oculi mei" (6. Mart.).
. . . .	Iringus de Kunstat Braunwardo, civi Babenbergensi, vendit dimidium mansum Strölini in Altenkunstdt. Testis: Kunemundus de Giech. Dat. et act. eodem.
. . . .	Lodwicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, de consensu et auctoritàte Rudolfi, Romanorum Regis, nec non Episcopi Aystetensis, sanctimoniales de Wizenburch in coenobio Betendorf (praef. Neuburg) ex parte sui fundato, excipit. Dat. Augustae, VII. Id. (9.) Martii.
. . . .	Gerhardus et Gebhardus, Comites de Hirzperc, secundum ultimam voluntatem patris sui G..., Comitis quondam de Hirzperc, fratribus de Caesarea tradunt curiam unam in Wolgershoven. Testes: Avunculus illorum, illuster Comes Berhtoldus de Greifspach, Nudungus Dapifer, Fridericus Judex, Heinricus, Advocatus in Eistetten. Datum et actum in villa Eistetten. XV. Kal. Aprilis (18. Mart.).

Annus.	Bavarica.
1276.	. . . .
1276.	. . . .
1276.	. . . .
1276.	. . . .
1276.	Leo, Episcopus Ratisponensis, confirmat decimas novalium, ab antecessore suo Chunrado Monasterio Inferiori Ratisponae in recompensationem damnorum, tempore guerrae illatorum, collatas. Dat. Ratisponae VI. Id. (8.) Aprilis. vid. *Ried* l. c. num. 570.
1276.	. . . .
1276.	Heinricus, Dux Bavariae, ecclesiae Sancti Mathei in Aspach, ordinis Sancti Benedicti, donat beneficium quoddam in Lenghaim et mansum sive hubam in Pernpach, pro sylva in Winchelhaim, sub clausula, ne molendinum construi debeat in decursu aquae in Swain, apud fluvium Roch. Dat. et act. in Pfarrkirchen Idus (13.) Aprilis.

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Coram Berhtoldo, Babenbergensi Episcopo, Mechtildis, monialis monasterii Sancti Theodori in Babenberg, dicto monasterio legat mansum quendam in Egenruthe (Eichenreuth, praef Baireut). Dat. Babenberg in die Sancti Rudberti (27. Mart.).
. . . .	Coram eodem Otto de Schouvenberc, ecclesiae in Langheim, propter damna a se illata, resignat bona Schirn (Tschirn, praef. Teuschnitz) et Pressans. Dat. Babenberg eodem.
. . . .	Coram eodem affinis suus, Heinricus, Advocatus de Gera, pro multis laesionibus, ecclesiae Langheimensi illatis, resignat villam Suueinzhut (Schweinshutten) et ecclesiam ibidem, in terra Ruthenica, cum duabus villis Verleins et Verleins (Werleins, desolata, praef. Teuschnitz). Dat. ibidem et eodem.
. . . .	Gerdrudis, Relicta Chunradi de Scheschendorf, pro collata sibi praebenda capitulo Babenbergensi resignat bona sua in Egelsuelt (Kaltenegelsfeld), Frauchendorf (Frankendorf), Stachendorf (Stakendorf), duas domus in Babenberch, et mansum in Hirzhaid (Hirschaid, omnes praef. Bamberg). Dat. V. Kal. Aprilis (28. Mart.).
Hartmannus, Augustensis Episcopus, conventui de Caesarea appropriat hubam quandam, a fideli suo Hainrico de Mundelingen resignatam. Datum Augustae IV. Id. (10.) Aprilis.	

Annus.	Bavarica.
1276.	Bruno de Bronnberch, ecclesiae Ratisponensis Canonicus, Episcopo Leoni cedit castrum suum Brennberch, reservato sibi ad vitae tempus usufructu, excepto Dapiferatu. Dat Ratisponae XVIII. Kal. Maii (14. April). vid. *Ried* l. c. num. 571.
1276.	Heinricus, dictus Vordenarius, resignat ecclesiae Waldsassensi curiam Scatenhoven et aliam in Dobercove. Act. XVII. Kal. Maii (15. April.).
1276.	. . . .
1276.	. . . .
1276.	Fridericus Lantgravius de Luickenberc delegat ecclesiae beatae Virginis Mariae in Speinsart, pro remedio animae Elisabet uxoris, curiam suam Dobrisethov. Dat. XII. Kal. Maii (23. April.).
1276.	. . . .
1276.	. . . .
1276.	Coram Ottone de Strubing, Heinrici Ducis Bawariae Procuratore, Poppo Abbas ecclesiae in Obernaltach, contra piscatores Ducis evincit piscariam unam in Reibrechtstorf. Datum IV. Kal. Maii (28. April.). (M. B. XII. 140.)

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Cunradus dictus Abloser, Commendator Domus Hospitalis Sancti Johannis Herbipoli, Lamberto Apothecario concedit duas areas, cum aedificiis duarum domorum, juxta curiam Leonis. Sigillator: Dominus M... de Nuwenburg, major Praepositus Herbipolensis. Actum et datum XVI. Kal. Maii (16. April.).
Rudolfi de Hurnheim consensu Egkhardus miles de Ufhusen, fidelis suus, ecclesiae Caesariensi tradit curiam unam in Golpurchusen (Goldburghausen, Oettingensis ditionis). Datum et actum in coenobio Caesariensi, in pomario, juxta capellam Sancti Martini, XII. Kal Maii (20. April.).	
. . . .	Soror J... (Juta) Abbatissa in Fonte Virginis, venditionem duorum jugerum vinearum et dimidii in Stammheim, a fratre C... converso hujus monasterii factam, ratam habet. Acta in die Georgii (23. April.).
. . . .	Bertoldi Herbipolensis Episcopi indulgentiae pro capella Sancti Nicolai in Coeliporta, anno MCCLXXVI. sexto Kalendarum Maii (26. April), ipso consecrationis die, concessae.

Annus.	Bavarica.
1276.	. . . .
1276.	Ancherus, S. Praxedis Presbiter Cardinalis, Commissarius judex super quaerimonia Haymonis, S. Emerami Abbatis, contra Leonem Ratisponensem Episcopum, tam jura exemtionis, quam alieni monachi pro Abbate intrusionem concernente (Wolfgangi Sturm de Niederaltaich), Abbati S. Mariae in Ahausen committit, ut in ulteriora inquirat et Episcopum a novis molestiis dehortetur. Dat. Romae die undecima mensis Maii. Ind. IV. Pontif. Innocentii Papae V. anno I. Lib. Prob. num 102.
1276.	Ludovicus et Heinricus, Duces, conveniunt de treuga prolonganda ad festum beati Johannis, et de habendo placito Frisingae VI. feria post octavam Pentecostes. Ratisponae Idibus (15.) Maii.
1276.	Compromissum Ludovici et Heinrici, Ducum, in Leonem Episcopum Ratisponemsem et Fridericum, Burggravium Norimbergensem, arbitros. Ratisponae XII. Kal. Junii (21. Maii.).
1276.	Leo, Episcopus Ratisponensis, et Fridericus, Burggravius Norimbergensis, edicunt, ut Ludovicus et Heinricus fratres a festo Sancti Michaelis proximo per biennium ab armis inter sese recedant. Eodem.
1276.	. . . .
1276.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Mechtildis, Inferioris Cellae Magistra, Judaeo Abraham, dicto Freselin, et consortibus, vendit curiam suam in Herbipoli, dictam Longi Cunradi. Datum Sabbato ante ascensionem Domini (9. Maii) Pontif. Bertoldi anno II.
. . . .	Bertoldo Episcopo Herbipolensi confirmante Heinricus de Brunncke, ob varia damna ecclesiae Novi Monasterii illata, ex arbitrorum compositione spondet ducentas et triginta libros Hallensium, obligatis pro securitate solutionis bonis suis et advocatiis in villis Golpach, Igersheim, Riseveld, Nuseze, Harthusen, et Rotelsee. Actum in Castro Sanctae Mariae, prasentibus: H.... Praeposito Novi Monasterii. Alberto Decano. In die Pentecostes (24. Maii). Pontif. Bertoldi anno II.
. . . .	Guda, Domina de Clinginburg, Relicta quondam Domini Cunradi de Rickenbach, cum consensu filiorum suorum Philippi et Godefridi, aedificium quoddam in Clingenburg (praef. Klingenberg), fratribus de Domo Theutonica in Mergentheim appertinens, a quibuscunque oneribus liberum dimittit. Dat. et act. in Clinginburg V. Kal. Junii (28. Maii.). vid. *Guden* l. c. IV. 930.

Annus.	Bavarica.
1276.	Friderici, Salisburgensis Episcopi, indulgentiae pro Hospitali Sancti Laurentii extra muros Pataviae. Dat. Pataviae V. Kal. Junii (28. Maii.).
1276.	Dominus Ezelinus de Egno Meinhardum, Comitem Tirolis, ubicunque se adjuturum pollicetur cum hominibus suis et fortalitiis. Act. Merani in domo Putzimanni V. Kal. Junii (29. Maii.).
1276.	Laudum Leonis, Ratisponensis Episcopi, et Friderici, Norimbergensis Burggravii, electorum superarbitrorum cum consiliariis, in causa Ducum Ludovici et Henrici. Actum et datum Ratisponae IV. Kal. Junii (29. Maii.).
1276.	. . . .
1276.	Wol. de Wartta Episcopo Pataviensi bona sua in Liezingen in favorem ecclesiae Sanctae Mariae in Alderspach resignat. Datum in Alderspach Kal. (1.) Junii.
1276.	Meinhardus, Tirolis Comes, Curiae Coquo, Vellino de Torvers, in feudum confert curiam quandam Ouzzerplazleid, sitam ab inferiori latere turris Plazleid circa castrum Tirol et ab Eblino de Plazleid olim comparatam. Act. in Castro Tirol, ante coenaclum superius, III. intrante (3.) Junio.
1276.	. . . .
1276.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Albertus et Hartmannus, filii Alberti Rindesmuli, Wernhero Nutzel, civi in Nurenberg, vendunt curiam in Stadelen (Stadeln, praef. Gunzenhausen) et alteram apud Windespach, Hunes nuncupatam. Dat. in inventione (dextrae) Sancti Stephani (30. Mai.). Testis: Ludwicus, filius Puttuglarii.
. . . .	Bertholdus, Herbipolensis Episcopus, monasterio in Marpurghausen appropriat decimam in Gebenden (Gedheim), ab Heinrico de Zabelstein in feodo possessam, accepta *zum Ursaze* villa Ror sub castro Zabelstein. Testes: Heinricus de Sterenberc Praepositus majoris ecclesiae in Babenberc; Hermannus de Sterenberc Praepositus Novi Monasterii; Wolvolt Camerarius Episcopi; Arnoldus de Liuach Pincerna. Datum apud Herbipolim Non. (5.) Junii Ind. IV. Pontif. Bertholdi anno II.
. . . .	Hermannus Comes de Hennenberc ecclesiae sanctimonialium in Marpurgehusen resignat omne jus in allodio, sito in Holzhusen. Testes: Hertwicus Magister coquinae; Bruno Marscalcus. Acta in vigilia beatorum Martyrum Kyliani et sociorum (7. Jul.).

Annus.	Bavarica.
1276.	Heinricus, Palatinus Comes Rheni, Dux Bavariae, libertates coenobii Cellae Principis, ordinis Cisterciensis, roborat. Dat. Landawe Idibus (13.) Junii, anno inchoationis dictae ecclesiae III. et incorporationis ejus I. (M. B. V. 15.).
1276.	Otto nobilis de Baierbrunnen capellae Sancti Spiritus, in pede monasterii in Scheftlarn, a se fundatae, in dotem confert bona in Pouchdorf, Hardern et Reinhartingen. Acta X. Kal. Julii (22. Junii). (M. B. XIII. 531.).
1276.	. . . .
1276.	Swikeri Senioris, Swikeri et Hainrici Juniorum de Mindilberch assensu, Hermannus de Junkenriet Praeposito in Staingaden remittit omnem litem ob Rupertum, filium Wagneri, sibi proprietatis titulo assertum. Acta II. Non. (6.) Julii.
1276.	. . . .
1276.	. . . .
1276.	H. Abbatis monasterii Hafligensis? confraternitas cum monasterio in Superiori Altach. Datum in die beate Margarethe (12. Jul.).
1276.	Erhart, Richters zu Pair, Bekenntnis über den, ihm von Fraw Hailca, Abbtezzin zu Geisenfelt, auf Leibgeding verliehenen Zehent zu Winden. Geschehen an Sant Moritentag (Muritta, 13. Julii.).
1276.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
Ulrici Senioris de Gundolfingen consensu Wittigo de Albekk fidelis suus, fratribus de Caesarea vendit quoddam praediolum in Chnobershusen. Testis: Degenhardus filius. Datum et actum in Gundolfingen X. Kal. Julii (22. Jun.).	
. . . .	Irmengardis, Abbatissa Campisolis (Sonnenfeld), Marsilio, Abbati in Lancheim, vendit bona sua in Altenkunstatt (praef. Weismain). Dat. et act. in festo martirum Sanctorum Kyliani et Sociorum (8. Julii).
. . . .	Bertoldus, Herbipolensis Episcopus, capitulo Sancti Johannis in Houge Herbipoli incorporat parochiales ecclesias in Frickenhausen et in Ochsenfurt. Acta Sabbato ante Margarethae Virginis (11. Julii.). Praesentibus: Manegoldo Praeposito, Alberto Decano, Hermanno, fratre Episcopi, Praeposito Novi Monasterii.
. . . .	Eckehardus dictus Rosenberg Bertoldo, Episcopo Herbipolensi, in feudum offert redditus suos apud Durrebach, Bogenleiten, Scho-

Annus.	Bavarica.
1276.	. . . .
1276.	Chunradus, Frisingensis Episcopus, monasterio Schyrensi confert curiam in Kytenreige, a Filippo de Waldegge resignatam. Act. in Frisinga III Kal. Augusti (30. Jul.). (M. B. X. 480.).
1276.	Ludovicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, ecclesiam in Praitebrunne, monasterio Diessensi donatam, ab omni advocatiae exactione liberam declarat. Act. et dat. in Monaco IV. Non. (2.) Augusti. (Consensus Hartmanni Episcopi Augustensis de anno 1273.) (M. B. VIII. 191.).
1276.	. . . .
1276.	. . . .
1276.	Petrus, Pataviensis Episcopus, ecclesiae Ranshovensi cedit omne jus in decima ad curiam Sancti Johannis apud Maticham. Dat. et act. in Windorf, Idus (13.) Augusti.
1276.	Ejusdem indulgentiae pro Hospitale Sancti Laurentii Pataviae. Dat. Pataviae Idus (13.) Augusti.
1276.	Praepositus ecclesiae Sanctae Mariae Virginis in Plaga (Marien Playn, prope Salzburg) acceptum fert marcam argenti puri ab Alberto, libero de Halse, sibi mutuo datam. Acta et data in Vilshofen, in vigilia assumtionis (14 Aug.).
1276.	Ratisponensis Capituli statutum, ne Canonicus ullus ante perceptionem praebendae in fraternitatem Capituli admittatur. Acta III. Kal. Septembris (30. August). vid. *Ried* l. c. num. 572.

Alemanica.	Franconica.
. . .	tennowe et in platea Blecha. Datum Sabbato proximo post festum Sanctae Margarethae (18. Jul.). Pontif. Bertoldi anno II.
. . . .	Richolfus miles dictus de Ferrea Caliga, Castellanus Domini Episcopi Bertoldi, vendit monasterio in Eberach curiam suam in civitate Herbipolensi, dictam zur Sturmglocken. Acta in Castro montis Sanctae Mariae VII. Kal. Augusti (26. Jul.).
. . . .	Bertholdi, Herbipolensis Episcopi, reversales de subsidio unius solidi denariorum de quolibet jugere vineti, non ex jure vel consuetudine, sed ex mera benevolentia sibi concesso. Datum in die Sanctae Afrae (7. Aug.) Pontif. anno II.
. . . .	Eberhardus miles dictus Vulpis monasterio Eberacensi donat duas villas suas Horesteten et Smalvelt, cum duabus curiis in majori Lancheim, ut in porta monasterii capella honesta pro donatoris sepultura exstruetur. Acta III. Id. (11.) Augusti.

Annus.	Bavarica.
1276.	. . . .
1276.	. . . .
1276.	. . . .
1276.	Chunradi, Frisingensis Episcopi, indulgentiae pro ecclesia Sancti Dyonisii in Scheftelaren. Datum Frisingae XVI. Kal. Octobris (16. Sept.).
1276.	Hilteprandi, Augustensis Episcopi, indulgentiae pro ecclesia in Scheftelaren. Datum Astavie (?) X. Kal. Octobris (22. Sept.).
1276.	Heinricus, Dux Bavariae, ecclesiae Dominarum in Nidernburg concedit liberum transitum apud Vilshoven. Dat. Pataviae X. Kal. Octobris (22. Sept.).

Alemanica.

Otto de Wellenwart, iturus in expeditionem Regis Romanorum contra Regem Boëmorum, coram fratre Conrado, Priore de Caesarea, testamento legat ecclesiae Caesariensi duas hubas in Schratenhoven; fratribus autem in Ahusen pastoriam in Schratenhoven, quae vulgo Hirtschapht dicitur; et ecclesiae in Schratenhoven rus quoddam, quod vulgo dicitur daz Gerute, situm post ecclesiam, nec non silvam et agros, qui vulgo dicuntur Swarcengebreit, ad conservationem pontis in Hergoltingen denique duo curtilia sita ibidem et agros, qui vulgo dicuntur Fuckersgerëute. Datum et actum in die beati Aegidii Abbatis (1. Sept.).

. . . .

. . . .

Franconica.

Heinricus, Comes de Kastel, bona sua in Herlheim, annuente priori uxore sua Sophia, monasterio Ebracensi pro debito centum quinquaginta librarum Hallensium obligata, consentiente nunc uxore moderna Adelheide, superadditis a fratribus Ebracensibus viginti marcis argenti, plenarie in solutionem iam extradit. Testes: Frater Ludewicus de Cottenheim, Albero Notarius Comitis, Heinricus Dapifer, filius Utonis. Acta in die beati Egidii Abbatis, (1. Sept.).

Manegoldus Praepositus fructus oblationis suae in Randesaker obligat Heinrico de Rebestock. Datum et actum Sabbato infra octavam nativitatis beatae Virginis (15. Sept.).

Annus.	Bavarica.
1276.	Ratisponense Capitulum suscipit arbitrium in causa monasterii Waldsassensis et B... nobilis de Waldowe, praedium Lenesriut et advocatiam praedii Albretsriut, ex testamento Cunradi de Waldowe, fratris B..., monasterio legatam, concernente. Act. Ratisponae VII. Kal. Octobris (25. Sept.).
1276.	Ludovicus, Dux, ecclesiae in Fürstenfelt, quam ob reverentiam beatae Mariae Virginis fundavit et pro sepultura sibi elegit, in remedium peccaminum suorum legat omnia bona sua in villa Hettinshausen, ac si forsan in praesente expeditione pro recuperandis Sacri Imperii juribus decedat, omnes insuper proventus teloneorum suorum in Wazzerburch et Monaco, per IV. annos continuos, inter ecclesias ab ipso laesas ex justo dividundos; sanciens praeterea, ut filii sui castra Mura, Donnersperch, Triugesheim et Gurn aut restituant, aut venditores absolvant et omnia tollantur nova telonea, quae ab Imperio non teneantur. Datum Pataviae VII. Kal. Octobris (25. Sept.).
1276.	Rudolfus Rex, Petro, Pataviensi Episcopo, confirmat jus recipiendi mutam seu teloneum in Obernperg. Dat. Pataviae in Castris VI. Kal. Octobris (26. Sept.) Ind. IV. Regni anno III. vid. *Hund* I. c. I. 391. *Lünig* Spec. Eccl. II. 785.
1276.	. . . .
1276.	. . . .
1276.	. . . .
1276.	Perchtoldus, Babenbergensis Episcopus, Wernhardo, Abbati in Aspach, restituit jus sagenae super lacu Atersee, juxta praedium in Reut. Dat. apud Atersée in octava beati Michaelis (6. Oct.).
1276.	Joannis Papae commissorium in causa coenobii Baumburgensis contra Werenhardum Comitem de Leoniberc, praetensae advocatiae. Datum Viterbii Nonas (7.) Octobris. (M. B. II. 206).

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Manegoldus, majoris ecclesiae Herbipol. Praepositus, Albertus Decanus Bopponi et Rudolfo, fratribus Comitibus de Wertheim, oppignorant officium in Hochhausen, pro ducentis et viginti marcis argenti. Datum in die Sancti Remigii, (1. Oct.) Pontif. Bertoldi Episcopi anno II.
Ludewicus de Otingen, donationem praedii siti in Wertungen (Wertingen), a Liutoldo milite de Hohenstein, et Friderico fratre ejus, monasterio in Wihenberg factam, corroborat. Datum VI. Non. (2.) Octobris.	
. . . .	Babenbergense Capitulum cuicunque de fratribus suis, qui studium literale affectat, praebendae subsidium ad biennium indulget. Dat. Babenbergae V. Non. (3) Octobris.

Annus.	Bavarica.
1276.	Hiltrudis, Abbatissa in Niwenburch, cedit conventui suo curiam in Waltershoven (prope Neuburg) in concambium pro curia in Puoch (Puech). Act. et dat. in die beati Dionysii (9. Oct.).
1276.	Johannes Papa XXI. monasterio in Baumburc confirmat jus patronatus et advocatiae in ecclesia Sitendorf, donatum a Rapotone Comite Palatino in Craiburch. Datum Viterbii V. Id. (11.) Octobris, Pontif. anno I.
1276.	Bertoldus et Wittlinus, filius suus de Fraumberch, conferunt ecclesiae Attlensi praedium in Prandtstetten. Testes: Ch. Tucher. Sifr. Roschnett. Datum Kal. (1.) Novembris.
1276.	Hiltprandus dictus de Jezendorf ecclesiae in Undersdorf legat curiam in Ansazz. Dat. in Chranichsperg V. Id. (9.) Novembris. (M. B. X. 256.).
1276.	Heinricus, Dux Bavariae, confirmat testamentum Ortlibi de Walde. Dat Linz, die Martini Episcopi (11. Nov.).
1276.	Ortlibus de Wald cedit jure judiciario, usurpato sibi titulo cometiae in hominibus ecclesiae Raitenhaslacensis; videlicet de coactione expurgationis cum testibus nominatis, quod vulgariter „mit den Genannten" dicitur. Script. in Raitenhaslach, in vigilia beati Othmari (15. Nov.).
1276.	. . . .
1276.	Rudolphus, Rex, pacem ordinat in terris Austriae, Styriae, Karinthiae et Carniolae. Act. Wiennae II. Non. (3.) Decembris.
1276.	. . . .
1276.	Dietrici, Gurcensis Episcopi, indulgentiae pro ecclesia Sancti Nicolai. Dat. apud Wiennam, in die Sancti Ignatii Papae, XVI. Kal. Januarii (17. Dec.).

Alemanica.	Franconica.

. . . .

Agnes, Cameraria de Wellenburc, ejusque filii, Ulricus et Arnoldus, nosocomio Augustano vendunt curiam in Geggingen (Göggingen), Buehlers-Hof dictam. Acta XIV. Kal. Decembris (18. Nov.).

. . . .

Heinricus, Comes de Castel, monasterio Ebracensi appropriat mansum unum in Geroltshoven, et mansos duos in Rudenshoven (Rügshofen), a fidelibus suis Siberto de Windeheim et Siberto de Windecke in feodum possessos. Datum et actum feria tertia proxima post Luciae Virginis (15. Dec). Testis: Dominus Hartmannus de Heldrungen, Praepositus Onolspaccensis.

Annus.	Bavarica.
1276.	Rudolfus Rex nobili viro, Alberto de Halse, concedit feuda Gebhardi et Meinhardi, Comitûm de Rotenecke, et Heinrici de Horbach, a principatu Austriae relevantia. Dat. Wiennae XV. Kal. Januarii (18. Dec.)
1276.	Chunradi, Frisingensis Episcopi, indulgentiae pro ecclesia Sancti Nicolai. Dat. apud Wiennam XIV. Kal. Januarii (19. Dec.).
1276.	Coram Alardo de Saulperch Bertoldus de Waldowe conventui in Waldsassen resignat bona, a fratre suo, Cunrado de Tensperge, relicta, in Leinersreut, Trigenreut, Nitaushove, Albersreut, Grobe, et dimidiam sylvam juxta Walturne. Act. in Phrinnd, in die Thomae Apostoli (21. Dec.).
1276.	Manegoldus, Praepositus in Staingaden, Bertholdo, filio villici sui in Ingenriet, locat jus patronatus ecclesiae in Nyderhoven et dimidium mansum ibidem. Acta Ind. IV.
1276.	Gebhardus, Comes de Ortenberch, cum fratribus Rapotone et Diepoldo Comitibus de Murach, donat ad Hospitale in Ponte Boëmorum curiam in Argensriut, vulgariter Selcherberg dictam, et duas curias in Zoha. Acta Ind. IV.
1276.	. . . .
1276.	. . . .
1276.	. . . .
1276.	. . . .
1276.	. . . .

Alemanica.	Franconica.

. . . .

. . . .

. . . .

Ulricus dictus de Vaimingen conventui sororum in Medelingen vendit praedium quoddam, a nobili viro, Domino Heinrico, dicto Speten de Vaimingen, jure feudali possessum.

Hainricus de Münster fratribus de Caesarea concedit dimidiam hubam in

. . . .

Cunradus de Wilberc coenobio in Langheim confert mansum unum in Wisa (Wiesen, praef. Lichtenfels), ab Heinrico de Hasevurt sibi refutatum.

Bertoldi, Herbipolensis Episcopi, promotoriales pro nunciis conventus in Coeliporta, subsidia fidelium implorantibus. Datum tempore Synodi. Pontif. Bertoldi anno II.

Capitulum ecclesiae Sancti Johannis in Houge et nobilis vir Crafto de Hohenloch super litibus suis compromittunt in arbitrium Domini Bertoldi Episcopi Herbipolensis ac Alberti, majoris ecclesiae Decani.

. . . .

Annus.	Bavarica.
1276. circiter.	. . . .
1277.	Rudolphus, Rex, Episcopo Salisburgensi concedit partem bonorum, rebellantibus hostibus et Vasallis ademtorum. Dat. Wiennae Idus (13.) Januarii.
1277.	Rudolphi Regis sententia, quod irrequisito Capitulo nullus ecclesiasticus Princeps quempiam possit de novo infeodare. Dat. Wiennae feria II. ante conversionem Pauli (18. Jan.) Ind. V. in domu fratrum Minorum. vid. *Ried* l. c. num. 574.
1277.	Heinricus, Dux Bavariae, tamqnam arbiter in controversia Ortliebi de Walde cum ecclesia de Raitenhaslach, edicit, ut renuntiationes, factae super judiciis, firmae permaneant, sine ulla mortuariorum exactione. Testes: Ulricus de Abensperch. Sifridus de Sigenhoven. Dat. Otingen X. Kal. Februarii (23. Jan).
1277.	Coram Heinrico, Duce Bavariae, Otto, filius Heinrici de Ror, monasterio Ranshovensi offert redditus annuos unius librae Salisburgensis, ex praediis circa Ranshoven et Burchusam. Act. IV. Kal. Februarii (29. Jan.).
1277.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
villa Holzheim, a Cunrado de Scheppach resignatam.	

L.... Curialis Cervi (Stolzhirsch) Advocati, Consulum et Universitatis civium in Augusta testimonium pro Domino Volkmaro Sapiente, milite de Kemenat, quod coenobium in Kaishaim bona in Aitingen, Bobingen, Hagenberge et in Henrichshoven a Domina Hagia rite comparaverit, et per XXVIII. annos quiete possederit, sicut contra B. de Denkelingen per idoneos testes evictum fuerit.

Hartmannus, Augustensis Episcopus, Trutwino, Abbati de Caesares, appropriat hubam, under der Linden, in villa Steine, a nobilibus viris Egeloffo et Cunrado de Lierheim in feodo possessam sibique resignatam. Testes: Conradus,

Annus.	Bavarica.
1277.	Heinricus, Comes Palatinus, Dux Bavariae, Chunrado, Abbati in Raitenhaslach, concedit facultatem singulis annis libere evehendi duo talenta cuparum salis, ampli ligaminis, per dominia Purchusen, Schardingen, et Lintz. Dat. Perchuse Kal. (1.) Februarii.
1277.	Cunradus, dictus Taurstein, Judex Civitatis in Hall, legat ad aram Sanctae Margarethae in ecclesia Sancti Zenonis pro luminare aream in civitate Hall. Act. in purificatione Sanctae Mariae. (2. Feb.).
1277.	. . . .
1277.	Seibrecht von Scharding giebt dem Closter ze Fürstencelle in Eigenthum seine Höfe daz Porzhaim und daz Tetling. Geschehn an Sand Bläsn Tag (3. Feb.) daz Schärding. (M. B. V. 16).
1277.	. . . .
1277.	. . . .
1277.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
Notarius Domini Episcopi Augustensis, Reinwardus Minister de Werda. Dat. et act. II. Kal. Februarii. (31. Jan.).	
. . . .	Rupertus et Ulricus fratres, et Boppo fratruelis, nobiles de Turne, bona in Ruchesheim, a felicis memoriae matre sua Mehtildi monasterio in Seligental donata, iterato confirmant. Testis: Heinricus Abbas Vallis Speciosae. Actum post purificationem B. V. (3. Feb. ?). vid. *Guden* I. c. III. 698.
. . . .	Heinricus Comes de Castele Conrado Weibeleno, civi Herbipolensi, appropriat bona quaedam in Hergoldeshusen. Datum in die Sanctae Agathae (5. Feb.).
Cunradi Strumae do Kipphenberch consensu Henricus miles de Grienhart Abbati et fratribus de Caesarea donat mansum unum in Wezelsheim, qui dicitur Brunlinshube. Testes: Berhtoldus, Abbas de Wizzenburch. Conradus Minister de Wizenburch. Datum, Agathe Virginis et martiris, (5. Feb.).	
. . . .	Nobilis vir Heinricus de Zabelstein conventui Ebracensi appropriat bona sua in Husen (Kaltenhausen), a Gotfrido milite, dicto

Annus.	Bavarica.
1277.	Ludewicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, villam Peigarren, quam ecclesia in Scheftlarn a Sighardo Dapifero de Frisinga emit, in defensionem suam suscipit. Datum in Monaco IV. Id. (10.) Februarii. (M. B. VIII. 534.).
1277.	Eberhardus, Chunradus, Ludwicus, filii quondam O. . . . de Horenstein, jus patronatus ecclesiae Sancti Johannis in Machtolvingen, a patre eorum ecclesiae in Buerberch legatam, eidem confirmant. Dat. Monaci XV. Kal. Martii (15. Feb.). (M. B. VI. 407.).
1277.	. . . .
1277.	Rempertus de Voytsperg et Engelmarus filius, Brunoni, Brixinensi Episcopo, donant castrum Voitsperg, judicium ex civitate, a loco Wer apud Velturnes usque in Wizenpach et Valakenpach, et partem domus suae in Brixin apud Sanctum Michaelem, et omnia, quae habet in dicta civitate et extra. Dat. et act Brixinae, feria IV. in jejunio quatuor temporum. (17. Feb.).
1277.	Ulricus et Winhardus, fratres de Ergershusen, sub auctoritate Wicknandi, illustris Ducis Ludovici Vicedomini, monasterium sanctorum Ulrici et Afrae in Augusta absolvunt ab omni impetitione, pro datis ad vitae tempus Ulrico redditibus in Wunhensdorf et Chindhusen (Kinhausen, praef. Dachau), Winhardo autem decem libris denariorum Augustensium. Datum VII. Kal. Martii (23. Feb.).
1277.	. . . .
1277.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
	de Rode, hactenus in feodo habita. Testis: Dominus Manegoldus Praepositus major. Datum in crastino Agathae Virginis (6. Feb.). Pontif. Bertoldi anno III.
. . . .	Conventus in Cella Bertoldo, Herbipolensi Episcopo, pro neglecta pensione annua tradit curiam suam in Mose. Datum Herbipoli XIV. Kal. Martii (16. Feb.). Pontif. Bertoldi anno III.
. . . .	Conventus sanctimonialium Sanctae Afrae, Ordinis Sancti Benedicti apud Herbipolim, et Heinricus Plebanus in Cellingen, commutant cum sororibus de Coeliporta, Cisterciensis ordinis, tertiam partem decimae in Himmelstat, ad parochialem ecclesiam in Cellingen spectantem, pro allodio in Cellingen. Sigillans: Bertoldus Episcopus. Datum et actum feria sexta post Matiae Apostoli. (26. Feb.).
Chunrado Praeposito, nec non Struma de Kipphenberch et Ilsungo de Taubervelt, cive Eystetensi, praesentibus tan-	

Annus.	Bavarica.
1277.	Wolframus miles, dictus de Wolferstat, conventui Sanctae Mariae in Keishgim per manum Friderici nobil. de Truhendingen donat quoddam praedium in Erlach. Testis: Rudolfus de Callendin, Monachus et Sacerdos. Datum in dominica Jubilate. (7. Mart.).
1277.	. . . .
1277.	Heinricus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bawariae, Albini, Abbatis Altahensis (Niederaltaich) bona in Sifchoven et in Mündreiching, ab Ulrico Dapifero de Ekkmül collata, sine omni jure advocaticio defendenda suscipit. Actum et datum in Altah VIII. Id. (8.) Martii. (M. B. XI. 252.).
1277.	Wernhardus, Seccovensis Episcopus, in subsidium ecclesiae Cathedralis Ratisponae, reaedificari incoeptae, indulgentias concedit. Datum Viennae VIII. Id. (8.) Martii.
1277.	. . . .
1277.	. . . .
1277.	Rudolphus, Romanorum Rex, privilegium immunitatis a mutis Austriae, a Friderico, Duce Austriae et Styriae, monasterio de Altha (Niederaltaich) Pataviae pridie Kal. Marcii MCCXLI. concessum, confirmat. Dat. Wienne XI. Kal. Aprilis (22. Mart.) Ind. V. anno Regni IV. (M.B.XV.12).

Alemanica.	Franconica.
quam arbitris, Chunradus Wolf, servus Strumae, Dominis de Caesarea resignat praetensas proprietates in Rudolstetten. Testis: Fridericus, Judex Eistetensis. Acta IV. Kal. Martii (26. Feb.).	
. . . .	Bertholdi, Herbipolensis Episcopi, indulgentiae pro domo orationis, in monasterio Coeliportae magnifice inchoata. Datum Herbipoli Nonas (7.) Martii. Ind. V. Pontif. anno III.
Berhtoldus, Comes de Greifspach, fratribus de Caesarea tradit hubam in Hien, a Berhtoldo milite de Hohsteten resignatam. Testes: Fridericus, Dapifer de Greifspach; Otto de Wellenwart. Datum proxima secunda feria post dominicam „Laetare" (8. Mart).	
Hainricus Praepositus, et Irmengardis, Magistra monasterii in Wizenburch, Trutewino, Abbati in Kaisheim, vendunt tria curtilia Turhaim. Testis: Conradus de Turhain. Acta Id. (15.) Martii.	
. . .	. . . .

Annus.	Bavarica.
1277.	Leo, Ratisponensis Episcopus, monasterii Raitenhaslacensis privilegia super decimis in parochia Dietfurt confirmat. Dat. Wiennae VIII. Kal. Aprilis. (25. Mart.). (M. B. VI. 371.).
1277.	Rudolfus, Romanorum Rex, Abbati de Raitenhaslach innovat privilegium Friderici, quondam Austriae et Styriae Ducis, de victualium libero transitu, anno MCCL. VIII Kal. Octobris apud Medlicum impertitum. Dat. Wiennae VIII. Kal. Aprilis (25. Mart.) Ind. V. anno Regni IV.
1277.	. . . .
1277.	. . . .
1277.	. . . .
1277.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Hermannus junior, Comes de Hennenberg, ecclesiae sanctimonialium Novalis Sanctae Mariae (Frauenrode) resignat omne jus, injuriose sibi vendicatum in villa Wolfameshusen (Wolfmannshausen), a patruo Ottone, Comite de Botenloube, dicto Coenobio collatum; similiter in molendino apud Ebenhausen. Testes: Cunradus vir nobilis de Trimpberg, socer Hermanni Comitis. Dominus Herdegnus Abbas de Bildehusen. Dominus Heinricus Abbas de Vrouwe. Dominus Fridericus Praepositus de Husen. Albertus Notarius Comitis, Clericus. Actum et datum apud castrum Aschach VIII. Kal. Aprilis (25. Mart.) in annunciatione dominica. vid. v. *Schultes* Geschichte des Hauses Hennenberg I. 453.
. . . .	Bertoldus, Herbipolensis Episcopus, Mauritium, Abbatem Sancti Jacobi Scotorum, pro concesso equo in expeditione Episcopi ad Serenissimum Rudolfum Romanorum Regem, indemnem praestat per vineam in descensu montis Sanctae Mariae. Testes: Albertus Canonicus ecclesiae Sancti Johannis in Hauge, Protonotarius Curiae. Heinricus Wolfolt Camerarius. Arnold de Linach Pincerna. Cunradus de Sichershusen Dapifer. Datum mense Martii. Ind. V. Pontif. Bertoldi anno III.
. . . .	Sententia Curiae Herbipolensis contra Heinricum militem, dictum de Randesacker, ad refundendum Arnoldo, majoris ecclesiae Custodi, canonem unius anni, subtractum de bonis in Bertheim. Lata feria tertia post Quasimodogeniti (6. April.).
. . . .	Walthunus Praepositus et Conventus in Rebdorf, Dominae Petrissae, uxori Domini Heinrici de Wemdingen, celebranda anniversaria spondet. Datum Rebdorf, XIV. Kal. Maii (18. April.).

Annus.	Bavarica.
1277.	Viti, Gurzensis Episcopi, indulgentiae pro ecclesia in Fürstenzell. Dat. Wiennae XII. Kal. Maii (20. April.).
1277.	Johannes Papa XXI. O. (Ortolfo), Abbati de Burun, concedit usum mitrae, annuli et sandalium. Datum Witerbii X. Kal. Maii (22. April.) Pontif. anno I.
1277.	. . . .
1277.	. . . .
1277.	. . . .
1277.	Ancherius, Romanae ecclesiae Cardinalis, committit Capitulo Augustensi, ut inquirat, numne Haymo legitimus existat Abbas monasterii Sancti Emmerami? Dat. Viterbii in vigilia Pentecostes (15. Maii). Pontif. Johannis Papae XXI. anno I.
1277.	. . . .
1277.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Heinricus, filius Goteboldi (Cressonis), ecclesiae Sancti Jacobi Scotorum donat vineam suam in Schotenowe. Sigillans Bertoldus Episcopus. Datum in mense Aprilis. Pontif. Bertoldi anno III.
Conventus Sancti Johannis in Holz vendit sororibus in Medelingen praediolum ibidem. Acta proximo sabbato post diem ascensionis. (8. Maii.).	
. . . .	Bertoldus Herbipolensis Episcopus Capitulo majori confert parochiales ecclesias Gollehoven (Gollhofen) et Uzenheim (Eussenheim). Datum III. Id. (13.) Maii. Pontif. Bertoldi anno III.
. . . .	Ebelinus, civis in Hammelenburc, coenobio sanctimonialium in Coeliporta apud Gamundiam (Schönau) tradit bona apud Holderich, a nobili Domino Ottone, dicto de Escenbach, comparata Acta in festo Pentecostes (16. Maii.). Sigillans: Gertrudis Abbatissa. Testis: Advocatus Theodericus de Ertal.
. . . .	Bertholdus, Episcopus Herbipolensis, Luipoldo, Imperialis aulae Coquinario, generaliter confert omnia feoda, a Lupoldo patre in feodum olim obtenta, praeterea haeredibus ipsius, si de medio tolli contigerit, spondet mundibordiam ipsorum feod.rum, quae vulgariter

Annus.	Bavarica.
1277.	Transactio Herwurgae Abbatissae Chiemseensis cum familia de Lichtenwerd, super bonis Alberti quondam dicti Naephlaer. Acta XIV. Kal. Junii (19. Maii.). (M. B. II. 458.).
1277.	. . . .
1277.	. . . .
1277.	. . . .
1277.	Capitulum Frisingense Heinrico Officiali pro vitae tempore confert aream quandam Frisingae. Actum Frisingae XII. Kal. Junii (21. Maii.). Datum per manum Heinrici, Capituli Notarii et Sliersensis Canonici.
1277.	Fridericus Purcgravius de Nurnberch monasterii Raitenhaslacensis immunitatem a teloneis Neuburgensibus confirmat. Dat. Wiennae IX. Kal. Junii (24. Maii.). (M. B. III. 174.).
1277.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
	„Vormundschaft" dicitur. Dat. Herbipoli XV. Kal. Junii (18. Maii.). Pontif. anno III.
. . . .	Friderici, Salisburgensis Archiepiscopi, Babenbergensis, Ratisponensis, Pataviensis, Gurcensis, Kymensis et Secoviensis, Episcoporum, indulgentiae pro ecclesia Sancti Theodori Babenbergae. Dat. Wienne XIV. Kal. Junii (19. Maii.).
. . . .	Bertoldus, Herbipolensis Episcopus, Winricho, Abbati monasterii Sanctae Mariae in Ebracho, Cisterciensis ordinis, appropriat duas partes decimae de curia in Wier (Weyer), ad villam Gochsheim, ab Henrico de Otindorf comparatas, et in recompensationem feodi recipit mansum unum in Otendorf. Datum Herbipoli XIV. Kal. Junii (19. Maii.). Pontif. anno III,
Charta venditionis prati cujusdam in Hustetten (Haunstetten, praef. Göggingen), dicti Knaeppin (modo Braitwiefs), per Diethricum, Abbatem Sanctorūm Udalrici et Afrae in Augusta, capellae Sancti Gothardi in pomerio monasterii, pro XIII. libris Augustensibus factae. Acta XIV. Kal. Junii (19. Maii.). (M. B. XXIII. 16.).	
. . . .	Idem confirmat fundationem vicariae in Onolsbacensi ecclesia, a Rudolfo et Wolframo, patre et filio, Advocatis de Doruberg, ad

Annus.	Bavarica.
1277.	. . . .
1277.	. . . .
1277.	Wernher, Abt des Gotshaus ze Wezzelsprunne, übergiebt dem Ritter Hèrrn Ulrich von Witolzhoven seine Swaeg ze Grasleuten. Geschehen Ind. V. pridie (die?) Non. Junii, an den heiligen Tag Bonifacii u. seiner Gesellen. (5. Juni.), (M. B. X. 59.).
1277.	. . . .
1277.	Ratisponensis Episcopus liberis Rudolfi Regis, Alberto, Hartmanno, et Rudolfo recognoscit feuda, quae principes Austriae, Styriae, Karinthiae, Carniolae, Marchiae, Egrae et Portus Naonis hactenus ab ecclesia Ratisponensi tenuere. Dat. Wienne Id. (13.) Junii, Ind. V. Regni anno IV.
1277.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
	capellam Sancti Martini ejusdem ecclesiae, in qua corpus patris istius sepultum est, ex proventibus villae Strut (Strüth, praef. Ansbach) factam. Dat. IX. Kal. Junii (24. Maii.). Pontif. anno III. vid. v. *Schütz* l. c. 108. n. 11.
. . . .	Idem bona nobilis Gotfridi Comitis de Richenbach in Elverícheshusen (Elfershausen) et Matholshusen (Machtilshausen), per manus bonae memoriae Mehtildis, Comitissae de Hennenberg, uxoris suae, Herbipolensi ecclesiae tradita, in protectionem episcopalem suscipit. Datum secunda feria post octavam Pentecostes proxima (24. Maii.). Pontif anno III.
. . . .	Bertoldus, Abbas Cellensis apud Herbipolim, venditionem quorumdam bonorum juxta curiam Santhove, ab Abbate quondam Hermanno in Cella monasterio Ebracensi minus provide factam, nunc demum ratificat. Acta feria quinta post octavam Pentecostes. (27. Maii.).
Fridericus Monetarius de Werdea conventui de Caesarea donat medietatem reddituum unius hubae in Rudelingen. Testis: Reinwardus Minister. Datum Primi et Feliciani martirum (9. Junii.).	
. . . .	Herdegenus de Grindelach ex arbitrio Friderici, Burggravii de Nurenberg, Bertoldo, Babenbergensi Episcopo, cedit castrum Ahorn, (Kirchahorn, praef. Weischenfeld) pro C. libris. Dat Wiennae in die beati Viti (15. Jun.).

Annus.	Bavarica.
1277.	. . . .
1277.	. . . .
1277.	Rudolphi Imperatoris reversales, antistiti Salisburgensi et Babenbergensi, Ratisponensi et Pataviensi, Gurcensi, Chiemensi et Secoviensi exhibitae, ne subsidia, ab ipsis pro militia in Austria praebita, per successores in consequentiam debiti proferantur. Dat. Wiennae V. Kal. Julii (27. Junii). Ind. V. Regni anno IV.
1277.	. . . .
1277.	. . . .
1277.	. . . .

Alemanica.

. . . .

Hartmannus, Augustensis Episcopus, Sibotoni et Joanni, dictis Schongawer, civibus Augustensibus. sub pacto retrovenditionis confert molendinum Episcopale (Bischofs-Mühle), Pontem Vindelicum (Wertach Brücke), dimidiamque hubam in Bobingen (praef. Schwabmünchen) pro DXXV. libris denariorum Augustensium. Scriptum VI. Kal. Julii (26. Junii).

. . . .

. . . .

Eglolfus, nobilis de Lierheim, de consensu filii sui Ruperti, Trutwino, Abbati de Caesarea, vendit hubam in Moetingen, vulgariter Nagelkolbengut. Datum in octava beatorum Apostolorum Petri et Pauli (6. Julii.).

Franconica.

Coram Sibertone seniore de Windeheim, et Cunrado milite, dicto Cradz, Heinricus Blessinc coenobio Ebracensi resignat decimam prati Vildeneri (Vildnerwiese prope Burgwindheim, praef. Burgebrach) pro X. solidis Hallensium. Dat. in die beati Johannis Baptistae (24. Jun.)

Fratris Inzelerii, ordinis Heremitarum Sancti Augustini, Budunensis Episcopi, indulgentiae pro monasterio Coeliportensi. Datum V. Kal. Julii (27. Jun.) Ind. V. Pontif. Inzelerii anno IV.

Krafto, nobilis de Hohenlohe, Friderico, Burggravio Norimbergensi pro C.C. marcis vendit universa bona in villa Bernsvelden, per fratrem suum, Cunradum, piae memoriae, a Hiltprando, piae memoriae, de Sawensheim comparata. Datum et actum Wiennae II. Kal. Julii (30. Jun.).

Annus.	Bavarica.
1277.	. . . .
1277.	. . . .
1277.	Oulricus, Marschalcus de Schilperch, venditionem curiae in Hermanstetten, a patre suo monasterio Staingadensi factam, approbat. Act. in die Sanctae Mariae Magdalenae h. e. XI. Kal. Augusti (22. Julii), apud claustrum dictum Pollingen. (M. B VI. 538).
1277.	. . . .
1277.	Herzog Heinrich bestättigt der Pfarr zu Sanct Gilgen, dem Inbruckamte und dem Siechenhaus zu Passau, die ältern baierischen Privilegien und die Zollfreiheit. Geben am Sand Martheutag (29. Julii) zu Griesbach in der Pfleg.
1277.	Coram Chunrado de Ernvels Wirnto de Frickenhoven, fidelis suus, sanctimonialibus in Bulnhoven donat praediolum suum in Mothersdorf. Acta III. Kal. Augusti (30. Julii.).

Alemanica.

Cunradus de Lierheim fratribus de Caesarea donat duas curias in villa Sorheim. Testes: Rudolfus Praepositus de Fuhtwanch, avunculus Cunradi, dictus de Hurenheim, Canonicus Augustensis, Eglolfus de Lierheim Patruus Conradi, et Rupertus filius suus; Ulricus et Fridericus de Trohtolvingen; Reinwardus Minister de Werda. Facta in Caesarea ad Altare Virginis gloriosae, pridie Id. (14.) Julii.

. . . .

Hartmanus, Augustensis ecclesiae Episcopus, sororibus in Medingen confirmat jura pascendi apud villam Witislingen, per parentem suum Hartmanum Comitem de Dilingen, concessa. Datum Augustae VI. Kal. Augusti (27. Julii).

Franconica.

Gotfridus, nobilis de Brunekke, de consensu Rudolphi, Romanorum Regis, conventui sanctimonialium in Vrowental vendit villam suam Lare (Lohr, praef. Rothenburg), ab Imperio in feudo procedentem, villamque suam Rimpach (Niederrimpach) in locum feudi surrogat. Datum XIIJ. Kal. Augusti (20. Julii.).

Annus.	Bavarica.
1277.	. . . .
1277.	Bruno, Brixinensis Episcopus, avunculo suo, Meinhardo, Comiti de Tyrol, confert agrum, in quo locatum est forum in Mulbach. Act. in curia Brixinensi apud Turrim III. Non. (3.) Augusti.
1277.	Hedwigis, Relicta Hawardi de Hertenberc, tradit monasterio in Waldsassen duas curias in villa Blumenberch. Act. III. Non. (3.) Augusti.
1277.	. . . .
1277.	. . . .
1277.	. . . .
1277.	Bruno, Brixinensis Episcopus, hominibus suae ecclesiae et Heinrici de Wels libera connubia indulget. Dat. et act. in Brixina Kal. (1.) Septembris.

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Bertholdi, Herbipolensis Episcopi, indulgentiae pro capella Sancti Johannis Baptistae et Sanctae Crucis, monasterio sanctimonialium de Paradiso in Heitingesvelt, ordinis Sancti Benedicti, appertinente. Datum Herbipoli in mense Julio.
. . . .	Godfridus, Comes de Richenbach, bona, uxori suae Mehtildi, Comitissae de Henneberg, ex donatione nobilis viri Heinrici de Trimberg devoluta, et ecclesiae Herbipolensi pro centum marcis argenti delegata, nimirum in Trimberg, Elvershausen, Machtilahausen, Engethal, Sibotental, Wasserloze, cum hominibus castro Trimberg attinentibus, post mortem uxoris actualiter in possessionem tradit ecclesiae Herbipolensi, sibique habitationem in civitate et sepulturam in ecclesia exorat. Testes: Manegoldus Praepositus. Albertus Decanus. Datum in vigilia assumtionis beatae Virginis. (14. Aug.).
Heinricus dictus de Gunz monialibus in Beuren (Klosterbeuren) vendit bona sua, quae vulgariter dicuntur Lea, pro VI. libris Memmingensibus. Acta apud Babenhusen, in vigilia assumptionis (14. Aug.).	
. . . .	Rupertus de Durne, cum uxore Mehtildi, sanctimonialibus in Selgental vendit duas partes decimae in Ruchesheim. Testes: Heinricus Abbas in Brunebach. Guta Abbatissa in Selgintal. Actum et datum apud Selgental, in die beati Augustini confessoris (28. Aug.) vid. *Guden* l. c. III. 699.

Annus.	Bavarica.
1277.	. . . .
1277.	. . . .
1277.	. . . .
1277.	. . . .
1277.	. . . .
1277.	Wernhardus, Seccoviensis Episcopus, Priorissae et Sanctimonialibus novellae plantationis in Pettendorf, quae ecclesiam suam, incendio et rapiuis destructam, de novo construere inceperunt, indulgentiarum subsidia impertit. Datum Wiennae VI. Non. (2.) Octobris.
1277.	Similiter Petrus, Pataviensis Episcopus. Datum Wiennae, in die beati Francisci confessoris IV. Non. (4.) Octobris.
1277.	Rudolfus, Romanorum Rex, privilegia Metmensis monasterii, a Luipoldo, quondam Duce Austriae et Styriae, anno MCXCVIII. indulta, renovat. Dat. Wiennae XV. Kal. Novembris (18. Oct.). Ind. VI. Regni vero IV. (M. B. XI. 453.).
1277.	Coram Friderico, Archiepiscopo Salisburgensi, Heinricus Mancus de Nochstein (Nockstein) Johanni Chyemensi Episcopo vendit bona sua, dicta vulgariter Zeke, juxta Reutenstein (Rettenstein). Dat. Salzburg XIV. Kal. Novembris (19. Oct.).

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Conventus sanctimonialium in Coeliporta Heinrico Waldeberoni vendit pensionem annuam. Datum in die Sancti Egidii Abbatis (1. Sept.).
. . . .	Manegoldus Praepositus, Dietmarus Decanus ecclesiae Sancti Johannis in Honge Herbipoli, et nobilis vir Krafto de Hohenloch litem super villis Wolgohausen (Wolkshausen), Eslichsheim (Eichelsee) et Runegeshoven (Königshofen) reponunt in arbitrium Bertoldi Herbipolensis Episcopi et Alberti, majoris ecclesiae Decani. Datum et actum in crastino nativitatis Sanctae Mariae (9 Sept.).
. . . .	Clerus Herbipolensis contra exactionem decimae Papalis pro subsidio terrae sanctae, et contra collectores, Magistrum scilicet Gregorium Archidiaconum et Rudolfum Scolasticum Herbipolenses, obtestatur. Actum in die exaltationis Sanctae Crucis (14. Sept.).
. . . .	Confraternitas inter Sigelohum, Abbatem in Swarzach, et H... Abbatem Sancti Stephani Herbipoli, ordinis Sancti Benedicti. Datum in crastino Sanctorum Mauritii et sociorum (23. Sept.).
. . . .	Fridericus, Comes de Truhendingen, confirmat omnes donationes a ministerialibus, militibus vel hominibus suis monasterio Sanctae Mariae in Ahusen, ordinis Sancti Benedicti, factas vel faciendas. Dat. apud Nurenberg in die beati Remigii confessoris (1. Oct.).

Annus.	Bavarica.
1277.	. . . .
1277.	. . . .
1277.	Hiltrudis, Abbatissa in Nivenburch, Conrado, dicto Ludigario, jure precario vendit praedium in Ilehdorf (Ildorf prope Neuburg). Acta X. Kal. Decembris (22 Nov.).
1277.	Lodwicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bawariae, mediator et arbiter, sententiam fert in causa conventus Superioris Monasterii Ratisponae contra Winhardum de Rorbach, a monasterio singulis annis decem libras Ratisponensium denariorum, qui dicuntur Badphenninge, exposcentem. In die beatae Katharinae (25 Nov.).
1277.	Meinhard, der Grave von Rotenech, uberläſst dem Ulrich von Abensperg die Kinder der Jutta, des Planchen Tochter, zur Hälfte. Geben ze Regenspurg, am Sanct Katereintag (25. Nov.).
1277.	. . . .
1277.	Rudolphus, Romanorum Rex, Eberhardo, *Principi Abbati* monasterii in Ebersberg, concedit regalia et jurisdictionem temporalium. Dat. Wiennae V. Id. (9.) Decembris, Regni anno V.
1277.	Heinricus, Dux Bavariae, jura advocatiae in bonis capituli Pataviensis ordinat. Scriptae in Vilshoven IV. Id. (10.) Decembris.
1277.	Eb. .. Dapifer de Walpurc fratribus in Staingaden confert curiam in Ladmutingen, a Bertholdo, milite de Chuezenhoven, resignatam. Acta et data in Walpurc XVI. Kal. Januarii (17. Dec.).

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Herdenus, Abbas in Bildehusen, Bertoldo, Episcopo Herbipolensi, pro decimis grangiarum in Rinthove et Nuwenhove offert bona sua in Herbesvelt et Sale. Datum feria quarta post Galli (20 Oct.), tempore Synodi. Pontif. anno III.
. . . .	Grave Gotfrit von Lewenstein verkauft dem Bischof Bertolde zu Wirzburg seine Burg Lewenstein und Wolffelden. Siegler: Albrecht Tumdechant, Albrecht Minderbruder, des Grafen Gotfrieds Brüder. Ditz geschah an dem Donnerstage noch Sant Lucas Tage des Ewangelisten (21. Oct), in dem driten Jahr des Bistums des Bischofs Bertold.
. . . .	Fridericus, Comes de Truhendingen, ecclesiae Sulenhovensi dicat jus advocatiae vinearum in Heitingesfelt (praef. Wirceburg), ad praeposituram coenobii in Sulenhoven pertinentium. Testes: Purchardus Abbas in Heidenheim; Ulricus de Trouhtelingen. Dat. in lubio domus superioris in Heidenheim, proxima feria VI. ante Andreae (26. Nov.).

Annus.	Bavarica.
1277.	. . . .
1277.	. . . .
1277.	. . . .
1277.	Chunradus, filius Chunradi de Stainchirchen, renuntiat omni juri in ecclesiam Sancti Zenonis. (M. B. III. 566.).
1277.	Bertoldus et Heinricus, fratres, dicti de Heidelpach, sanctimonialibus Felicis Portae, consentiente Hermano de Stauphe, domino feudali, tradunt bona sua in Bephenbach,

Alemanica.

. . . .

Asserta testium Ber. de Drucpurch, Al. de Rotinberch, Al. de Sumerowe, D. de Lutea et Ber. de Zil, super montem dictum Winterstadum accitorum, in causa Rudolphi, Campidonensis monasterii Gubernatoris et Imperialis aulae Cancellarii, in aula sua, et coram judicio suo generali, contra H... Abbatem de Faucibus, nobiles viros, D. et H. fratres de Roetemberch, Dominum Marquardum de Heminat, G. et H. fratres de Mitilberch, ac eorundem homines, nec non contra Rodigerum et Gibotonem Liberos, aliosque homines liberos, circa terminos aquae, quae dicitur Rotach, et infra marcham Comitatus Campidonensis constitutos, super novalibus incompetenter ab iis excultis. Dat. Campidonae, vigilia Sancti Thomae Apostoli (20. Dec.) Ind. VI.

. . . .

Franconica.

Manegoldus de Nuenburch, Prapositus, Albertus Decanus ecclesiae Herbipolensis, censum ex curia, dicta Asini, transferunt in curiam Morhardi. Actum et datum in vigilia Sancti Thomae Apostoli (20. Dec.).

Bertholdus, Babenbergensis Episcopus, Friderico Burgravio de Nurenberg confert omnia feoda in Otelesdorf (Adelsdorf praef. Höchstadt), per obitum Ulrici de Ottelsdorf vacantia. Dat. Villaci, in crastino beati Thomae Apostoli (22. Dec.).

Annus.	Bavarica.
1277.	Heinricus, Episcopus Ratisponensis, capitulo Ratisponensi XL. libras Ratisponenses de domo sua chorali ordinat pro celebrando anniversario suo. Acta Ratisponae. vid. *Ried* l. c. n. 578.
1277.	Urkunde Hermanns von Persperch über den von Vern Chunegund, Herrn Hermanns von Helmreut Hausfrau, an Herrn Ulrich von Abensperch aufgegebenen Hof zu Umlsdorf (Umblsdorf praef. Abensperg.).
1277.	Coram Gebhardo, Landgravio de Lukenberc, Gotfridus de Tich resignat monasterio Waldsassensi curiam in Tich. Act. per manus fratris Gerhardi de Colonia.
1277.	. . . .
1277.	. . . .
1278.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
Eberhardus de Hemfenvelt fratribus de Caesarea per manum Cunradi Comitis de Mosburch, Salemanni, donat curiam suam in Barne. Testis: Comes Ulschalcus de Esschenloch.	
Hermannus de Talmezzingen ad petitionem amici sui, Cunradi militis de Scheppach, fratribus de Caesarea in mancipium tradit Hermannum Amman, et sororem ejus Mehthildem.	
Ulricus Senior, Comes de Helfenstain, cum filio suo Ulrico, corroborat donationem curiae in Guntremingin (Gunderemingen praef. Dillingen, quae Helfenstainaer dicitur, a fratre suo Ludewico, majoris ecclesiae Augustensis et Sanctae Gerdrudis ibidem Praeposito, ecclesiae Sanctae Gerdrudis factam. Testes: Dominus H., Episcopus. Degenhardus de Hellenstain. Fridericus de Truhendingen, Canonici Augustenses. Dat. et act. Dillingen in crastino epiphaniae Domini (7. Jan.).	

Annus.	Bavarica.
1278.	Albertus Waller renunciat juri advocatiae, in praedio Capituli Patav., dicto Ramstorf (praef. Deggendorf) sibi competenti. Act. Patavii XVII. Kal. Februarii (16. Jan.). Ind. VI.
1278.	. . . .
1278.	Heinrici, Ratisponensis Episcopi, literae indulgentiarum pro capella Sancti Michaelis in Sewen. Datum in Sewen, in octava Agnetis (28. Jan.),
1278.	. . . .
1278.	. . . .
1278.	. . . .

Alemanica.

Eglolfus et Cunradus de Lierheim Hartmanno, Augustensi Episcopo, domino feudali, ad manus fratrum de Caesarea resignant quandam hubam, under der Linden, in villa Stein, ab Helwico de Stein ipsis refutatam. Datum in castro Lierheim, in conversione Sancti Pauli (25. Jan).

. . . .

Sifridus Dapifer et Heinricus filius de Dunresperc monasterio Sancti Michaelis in Fultenbach conferunt feodum (Mühllehen), situm in Henhoven (praef. Dillingen). Acta IV. Kal. Februarii (29. Jan.).

. . . .

Franconica.

Metza dicta de Steinsvelt domui Theuthonicae Sanctae Mariae apud Herbipolim legat quatuor jugera vineti in Graz, et medietatem omnium bonorum in Osthusen, a monialibus in Vrouwental pro centum libris Hallensium comparatam. Testis: Heinricus Nidunc, Scultetus ultra Mogum. Sigillator: Bertoldus, Abbas ad Sanctum Burchardum. Datum feria sexta ante purificationem Sanctae Mariae (23. Jan.). Pontif. Bertoldi Episcopi Herbipolensis anno IV.

Bertholdus, Herbipolensis Episcopus, Gutae Abbatissae de Selgental appropriat decimam villae Ruchesheim, a Ruperto de Durne filiae Adelheidi, monasterium intranti, pro dote collatam, et pro compensatione feudi curiam in villa Ollinhusen recipit. Datum III. Kal. Februarii (30. Jan.). Pontif. anno IV.
vid. *Guden* l. c. III. 700.

Annus.	Bavarica.
1278.	Hainricus de Erringen a monasterio Sancti Udalrici et Sanctae Afrae Augustae recipit praedium in Eglingen (praef. Landsberg), quod vocatur Strovogels Huobe, jure personali, quod vulgo Lipgedinge dicitur. Datum et actum Augustae Kal. (1.) Februarii. (M. B. XXII. 225).
1278.	. . . .
1278.	. . . .
1278.	. . . .
1278.	. . . .
1278.	Monasterii Sancti Emmerami ad Henricum Episcopum querelae, super illatis gravaminibus. (*Ob defectum proprii Sigilli* propria manu fratrum subscriptae). Act. in refectorio capituli Ratisponae, in die Sanctae Julianae Virginis et Martyris (16. Feb.).

Alemanica.

Hainrici de Erringen Reversales super praedio, dicto Strovogels Huobe in Eglingen, sibi a Dieterico, Abbate monasterii Sanctorum Udalrici et Afrae in Augusta jure vitalicii (Lipgedinge) collato. Datum et actum Augustae Kal. (1.) Februarii.

Wilbirgis, legitima uxor Alberti dicti Harberger, ecclesiae Sancti Michaelis in Vultenbahe tradit praedia sua in Helrbaho (Ellerbach, praef. Dillingen), ut sepulturam in eadem ecclesia obtineat, si inter quatuor miliaria ab illa emori sibi contingat. Acta Kal. Februarii (1. Feb.).

. . . .

. . . .

Franconica.

Hiltebrandus, Eystetensis Episcopus, litem inter T. Abbatem in Caesarea et Heinricum Uberakeraer de Altheim, super quibusdam bonis et possessionibus in Butelbrunne decernit. Testes: O... Notarius Episcopi, H... de Mornsheim, Minister Episcopi ibidem. Actum et datum apud Mornsheim, feria sexta post purificationem beatae Mariae (4. Feb.).

Heinricus de Gera, Advocatus, confert ecclesiae Langheimensi villam in Swinshutten (Schweinshütten in terra Ruthenica) et duas villas Verhelins (Werleins, desolata, praef. Teuschnitz). Dat. et act. in Lobenstein VIII. Id. (6.) Februarii.

Annus.	Bavarica.
1278.	. . . .
1278.	. . . .
1278.	. . . .
1278.	Bruno, Episcopus Brixinensis, officiali suo Chuonrado de Ufhoven confert hubam extra villam Ufhoven, juxta montem. Act. in viridario apud Turrim in Brixina II. Kal. Martii (28. Feb.).
1278.	. . . .
1278.	. . . .
1278.	Cunradus, Frisingensis Episcopus, Ulrico Unnehauser in recompensationem renunciatae proprietatis quarundam arearum et cellarii Frisingae, quae quondam Stadelarii fuere, jure coloniae locat unam hubam, ad capitulum spectans, in Ismeningen. Datum Frisingae III. Id. (13.) Martii.

Alemanica.

. . . .

Hertnidus de Ramungen conventui in Caesarea legat uriam apud Bussingen, dictam Althaimershof. Testes: Dominus Ulricus, Comes de Helfinstain, Hertnidi Dominus; H... et Ul... Not. de Helfenstain et Rector Scolarum de Tischingen. Acta X. Kal. Marcii (20. Feb.). Ind. VI.

. . . .

. .

. . . .

. . . .

Franconica.

Lis de duobus agris ante Tiphental, et sub via Plechstreich, super Leingrub, inter Abbatissam..... Sanctae Walburgis in Eystetten, et Ulricum, filium Gotfridi de Foro, coram Hiltebrando Episcopo Eistettensi decisa. Acta XIII. Kal. Martii (17. Feb.).

Cunradus, Burggravius de Nurenberg, Dominabus Sanctae Mariae Magdalenae in Nurenberg pro XXIV. libris denariorum Nurenbergensium obligat jus advocatiae super dimidium mansum in Schweinau et super unum mansum in Fürth, et super quaedam prata, e dicto manso extracta. Testis: Heinricus Holzschuher. Dat. in cathedra beati Petri (22. Feb.).

Bertholdus, Herbipolensis Episcopus, Rudolfo, Abbati in Halsprunne, donat jus patronatus cum advocatia parochialis ecclesiae in Erlbach, a G... et G... Comitibus de Hirzperch sibi resignatum, pro statuto anniversario sibi et fratri suo defuncto, Hermanno, Novi Monasterii Praeposito. Testis: Hermannus Praepositus in Onolspach. Dat. Herbipoli VI. Non. (2.) Martii, Ind. VI. Pontif. anno IV.

Rudolfus, Abbas in Halsprunne, capitulo Herbipolensi in recognitionem collatae sibi praedictae parochialis ecclesiae assignat pensionem annuam XX. librarum Hallensium. Dat. eodem.

Annus.	Bavarica.
1278.	Rudolphus, Romanorum Rex, concedit monasterio Burrensi facultatem constituendi quatuor officiatos, Marschalcum scilicet, Dapiferum, Pincernam, et Camerarium. Datum Wienne XV. Kal. Aprilis (18. Mart). Ind. VI. Regni anno V. (M. B. VII. 143.).
1278.	Wernardus, Comes de Lewenberch, resignat jura sua feudalia in castra Morspach inf. et Chatzberg, a Petro Episcopo confracta. Act. et dat. Pataviae XV. Kal. Aprilis (18. Mart.) Testis: Perngerus, filius Comitis de Lewenberch.
1278.	. . . .
1278.	Ulricus, Praepositus Novae Cellae in Frisinga, Ottoni de Waldecke, militi, cedit per concambium curiam in Perkhaim pro curia in Zurenhausen. Acta Frisingae Nonas (5.) Aprilis.
1278.	. . . .
1278.	. . . .
1278.	. . . .
1278.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Mauritius, Abbas Sancti Jacobi Scotorum apud Herbipolim, Heinrico Mitezzen pro censu confert quinque quartalia vineti apud villam Heitingesvelt, juxta Sanctum Egidium, Bergeler nuncupatum. Datum in annunciatione dominica (25. Mart.) Pontif. anno IV.
. . . .	Udalricus Nobilis, dictus de Dhurn, bona in Kutah, ab Heinrico milite, dicto Ketel, sanctimonialibus in Selgental donata, ab omnibus juribus secularibus absolvit. Datum feria quarta post sanctum diem Pasce (20. April).
Hainrici Dapiferi de Rychen consensu frater suus, Sifridus Dapifer de Rychen, fratribus de Caesarea donat curiam in Hirzbach, cui Hainricus adjecit curiam suam in Ryblingen. Testis: Hainricus, Praepositus de Wizeburch. Acta IX. Kal. Maii (23. April.).	
. . . .	Fridericus, Comes de Truhendingen, confirmat donationem curiae Giselheim (Geilsheim, praef. Wassertrüdingen), a Chunigunda, uxore Cunradi Dapiferi de Spilberch, monasterio in Ahusen factam. Dat. in Heidenheim VII. Kal. Maii (25. April.). Testes: Fridericus de Truhendingen, Praepositus ecclesiae Orengew; Heinricus de Spilberch.
Hiltebrandus, Eistetensis Episcopus, capellulam, ab Abbate de Caesarea in	

Annus.	Bavarica.
1278.	Chunradus de Lupurc ob sororem suam carnalem, Relictam Domini Perhtoldi de Frowenberc, ad consortium sanctimonialium in Bulnhoven receptam, consentiente fratre suo, Domino Chunrado, Ratisponensi Canonico, ipsis donat curiam suam in Mausheim. Datum VI. Kal. Maii (26. April.).
1278.	Coram Heinrico, Duce Bavariae, Petrus, Pataviensis Episcopus, Wimaro, dicto From-Esel, locat curias in Pramersdorf, Pramhof, Mahlpach, Halgravenberg, Weinberg, Tibel, et in Moaching. Dat. et act. Furstenzelle, feria V. infra octavam Paschae (28. April.).
1278.	Heinricus, Ratisponensis Episcopus, fratribus Sancti Augustini in Capella Domini pro XVIII. libris denariorum, in culturam vinearum impensis, octo tradit areas. Acta Ratisponae Nonas (7.) Maii. vid. *Ried* l. c. num. 579.
1278.	. . . .
1278.	. . . .
1278.	Urfede Wilhelms von Aichach, und seines Sohnes, Bartholmae, aus Graf Meinhards von Tirol Gefängnis entlassen, drei Jahre lang die vier Bisthümer Salzburg, Brixen, Chur und Trient zu meiden, und die Lehen auf diese Zeit dem Grafen in Bewahrung zu geben. Geschehn ze Grizz dreizehnten Tags ouzgendes Meyen (19. Maii.).
1278.	. . . .
1278.	. . . .

Alemanica.

villula sua Ranheim constructam, a nexu ecclesiae parochialis Mundlingensis eximit. Datum in Caesarea, in crastino Marci Evangelistae (26. April.).

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

Franconica.

Bertholdi, Herbipolensis Episcopi, indulgentiae pro capella corporis Christi in Rotenburg. Dat. Herbipoli III. Id. (13.) Maii, Pontif. anno IV.

Herdegenus de Grindela et Sophia conjux confirmant venditionem bonorum in Gochsheim, a proprio ipsorum Bertoldo, dicto Schollo, Ebracensi coenobio factam. Datum XVI. Kal. Junii (17. Maii).

Krafto Nobilis de Hohenloch capitulo in Haugis remittit sex librarum denariorum Vogedine. Sigillatores: Bertoldus Episcopus Herbipolensis. Albertus Decanus. Datum feria sexta ante dies rogationum (20. Maii.). Pontif. anno IV.

Rudolfus, Romanorum Rex, ad Abbatem in Wiltzburg, ut Ministro in Weizenburch, advocatiae Imperialis defensori, decem

Annus.	Bavarica.
1278.	Eberhardus, Cunradus, Ludewicus, pueri Domini Ottonis de Porta, Luitoldo, Praeposito in Peurberch, resignant advocatiam coenobii; ex quo coenobium puerum Ludwicum de Wildenecke eligit in Advocatum. Act. in Seshaupten, sequente die post festum Sancti Bonifacii Episcopi et confessoris (6. Junii). Testis: Chunr. Thuivelhart, Judex de Wolfrathusen. (M. B. VI. 407.).
1278.	Hugo de Leoneck, Machtildi, Abbatissae in Bulnhoven, pro receptae filiae suae auxilio donat praedium suum in Nittendorf. Datum V. Idus (9.) Junii.
1278.	. . . .
1278.	. . . .
1278.	Heinricus, Ratisponensis Episcopus, Friderico, Archiepiscopo Salisburgensi, vendit universos redditus ecclesiae Ratisponensis circa Mansee, pro CCXI. marcis argenti puri, salvis tamen juribus praesentandi Abbatem in Mansee, homagiis quoque et hominibus nobilibus. Testes: Chuno de Guntrat, Dapifer Curiae Salisburgensis. Chunr. de Aichheim Marscalcus. Conrad de Luppurch, ven. Praepositus Spaltens. Ulscalcus, Comes de Eschenloch. Dat. Ratisponae XVIII. Kal. Julii (14. Jun.). vid. *Ried* l. c. num. 580.

Alemanica.	Franconica.

modios avenae singulis annis exsolvat. Datum Augustae XII. Kal. Junii (21. Maii). Regni anno V.

vid. v. *Falckensteins* Urkunden p. 73. n. 67.

. . . .

Hiltibrandus, Eystetensis Episcopus, Gotfrido, nobili viro de Heidekke, confert universa feoda Marquardi patris sui, eidemque sine haeredibus decessuro substituit Fridericum et Cunradum, Burggravios de Nurenberch. Datum et actum Nurenberch, feria quinta post diem Pentecostes (9. Jun.).

Cunrad und Otto von Werde geben der Aebtissin Hilta von Obern Schönfeld XX. Pfund Augsburger zur Bestiftung des Hofs Zeisenhoven. Geschehen am Sanct Barnabas Tage (11. Jun.).

Annus.	Bavarica.
1278.	Hartmannus, Augustensis Episcopus, sororibus monasterii in Bettendorf ob novam aedificationem ecclesiae suae indulgentias impertit. Datum Augustae XII. Kal. Julii. (15. Jun.).
1278.	. . . .
1278.	Perchtoldus, Babenbergensis Episcopus, monasterii Sancti Matthaei in Aspach privilegia et possessiones confirmat. Dat in Atersee VIII. Kal. Julii (24. Jun.) (M. B. V. 168.)
1278.	Rudolphus, Romanorum Rex, strenuo viro Branderio obligat villam Eckenhaidt (praef. Lauf.) pro C. libris Nurembergensium. Dat. Viennae VI. Kal. Julii (26. Jun.) Ind. VI. Regni anno V.
1278.	. . . .
1278.	. . . .
1278.	Berchtoldus, Babenbergensis Episcopus, recognoscit literas, ecclesiae in Pruveningen datas, de licentia facta hominibus Episcopi, transmittendi bona sua in dictum coenobium. Testis: Ulricus Dapifer de Newendorf. Datum et actum apud Pruveningen Non. (7.) Julii. (M. B. XIII. 227.).
1278.	. . . .
1278.	Nicolai Papae III. commissorium in caussa monasterii in Seon, contra monasterium in Semanshausen. Datum Viterbii III. Id. (13.) Jul. Pontif. anno I. (M. B. II. 188.).

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Hartmanni, Augustensis Episcopi, indulgentiae pro capella corporis Christi in Rotenburg. Dat. Augustae, feria quarta ante festum Sancti Joh. Baptistae (22. Jun.).
. . . .	Otto miles, dictus Vulpes, Scultetus in Babenberc, erga Hermannum, Abbatem monasterii in Lancheim, renunciat piscationi et vado molendini, vulgo Mulvort dicto, in Wolvelingen. Acta in Babenberg in octava beati Johannis Baptistae (1. Jul.).
. . . .	Manegoldus, summus Praepositus Herbipolensis, tamquam arbiter requisitus a Magistro Hermanno de Struze, decernit litigiosas servitutes urbanas circa curiam Struze (Straussenhof), ex opposito sacelli Sanctae Catharinae Herbipoli. Datum et actum in curia Osternach, dominica proxima ante festum Sancti Udalrici. (3. Jul.).
. . . .	Cunradus Schobelin, civis Herbipolensis, sanctimonialibus in Marburghausen legat bona sua. Sigillator: Manegoldus Praepositus ecclesiae majoris. Datum in die Margarethae (12. Jul.). Pontif. Bertholdi anno IV.

Annus.	Bavarica.
1278.	Monasterium Scheffllarn permutat cum Chunrado, Frisingensi Episcopo, molendinum apud Ismaningen, pro curia et molendino in Ekpoldingen. Datum Frisingae XV. Kal. Augusti (18. Jul.). (M. B. VIII. 534.).
1278.	. . . .
1278.	. . . .
1278.	Fridericus, Praepositus Scheffllariensis, Conrado, Episcopo Frisingensi, tradit molendinum in Ismeningen (Ismaning, praef. München) et XVI. libras denariorum Monacensium, pro curia et molendino in Ekpoldingen (praef. Wolfratshausen). Datum in Scheffllarn IX. Kal. Augusti (24. Jul.). vid. *Meichelbeck* II. Instr. p. 99.
1278.	Diepolt von Muehret giebt dem Gotshause ze Ilmünster (praef. Pfaffenhoven) seine Güter ze Lanquat und Haustet. Geschehn daz Schrovenhausen des nehsten Suntages vor Sant Jacobes Tage. (24. Jul.).
1278.	. . . .
1278.	Nicolaus Papa III. monasterium de Altenmünster, Frisingensis dioecesis, in protectionem suam suscipit. Datum Viterbii III. Non. (3.) Augusti. Ind. VI. Pontif. anno I. (M. B. X. 331.).

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Rudolphus, Romanorum Rex, componit controversiam inter Abbatem Ebracensem et Ramungum de Camerstein, super advocatia aliisque juribus praedii in Swabach. Dat. Wiennae XI. Kal. Augusti (22. Jul.) Ind. VI. Regni anno V. Testes: Jo. Chiemensis Episcopus, Rud. Curiae Regiae Cancellarius. Magister Andreas, Werdensis Praprositus, notar, Regis; Ch. Burggravius de Nuremberg junior, H... de Brunegge. vid. *v. Schütz* l. c. S. 113. n. 76. *v. Falckenstein* l. c. p. 71. num. 65.
. . . .	Crafto de Hohinloch, Advocatus Provincialis Domini Rudolfi Regis, edicit, ne quis praesumat sanctimoniales in Selgintal, Ordinis Cystercicnsis, molestare in hominibus et consuetis precariis. Acta in die beatae Mariae Magdalenae (22. Jul.).
. . . .	Adela vidua Hackonis, filia Sibotonis de Ezelnhusen, in favorem Gertrudis, Abbatissae in Marienburghausen, coram Bertholdo, Episcopo Herbipolensi, renunciat bonis suis paternis. Testis: Manegoldus de Nuwenburg, Praepositus ecclesiae majoris. Datum in mense Julio Pontif. Bertholdi anno IV.

Annus.	Bavarica.
1278.	. . . .
1278.	Hainrich Vertich de Steinchirchen ad altare Sancti Benedicti in Beurren tradit ancillam suam Alhaeidem, filiam Ottonis de Lochausen. Actum et datum Beurren in vigilia Sancti Laurentii martiris (9. Aug.).
1278.	. . . .
1278.	. . . .
1278.	Wernhardus, Comes de Leonberch, in molendino villae Tribiching, a Friderico de Raenzzing, milite suo, ecclesiae beatae Virginis in Winnenberge donato, nullum obstaculum in eo, quod Salman nuncupatur, moturum sese promittit. Acta in vigilia Bartholomei Apostoli (23. Aug.).
1278.	Rudegerus, dictus Raptaschg, bona quaedam in Dytolsperg donat ecclesiae B. Petri in Castello, pro concessa sibi ab Abbate Friderico decima in Nuenhoven ad dies vitae. Datum et actum apud Castel VII. Kal. Sept. (25. Aug). (M. B. XXIV. 329.).
1278.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Heinricus Comes de Castell Domui Sanctae Mariae Theutonicorum vendit curiam suam in villa Gerbrunnen, vulgo Kesteler Hof vocatam Datum in vigilia Sancti Laurentii; (9. Aug) Pontif. Bertoldi anno IV.
. . . .	Nicolaus Papa III. monasterii Sanctae Mariae in Rotenburg libertates confirmat. Dat. Viterbii Id. (13. Aug.). Pontif. anno I.
Rudolphus, Romanorum Rex, Rudolfo, Cancellario curiae suae, Campidonensis monasterii Gubernatori, privilegium Ottonis Imperatoris (fictitium) de anno DCCCIV. super marcha monasterii hujus et terminis marchae renovat. Dat. Wienne Idus (13.) Augusti, Ind. VI. Regni anno V.	. . . .
Ptolomaei, Sudinensis Episcopi, Rudolfi, Constantiensis Episcopi, in pontificalibus plenarie vices gerentis, indulgentiae pro omnibus monasterio Campidonae manum porrigentibus. Dat. II. Kal. Septembris (31. Aug.).	. . . .

Annus.	Bavarica.
1278.	. . . .
1278.	Henricus, Ratisponensis Episcopus, ex antiquis pontificum Adriani et Innocentii literis monasterio Pruviningensi decimas novalium in Oberndorf et Swarzenvels corroborat. Datum Ratisponae in Consistorio Episcopi, Kal. (1.) Septembris, in die beati Egidii Abbatis.
1278.	Heinricus, Senior de Harschirchen, Judex in terminis Muldorfensibus super feudis atque praediis Archiepiscopi Salisburgensis, adjudicat Canonicis Salisburgensibus curiam in Wipping (Wipfing, praef. Traunstein), a Wippingerio impetitam. Testis: L. Judex Muldorfii. Act. et dat. in Muldorf, feria II. ante festum Sancti Matthaei Apostoli et Evangelistae (19. Sept.).
1278.	. . . .
1278.	. . . .
1278.	. . . .

Alemanica.

. . . .

. . . .

. . . .

Brune von Risenpurc versichert dem Bischof Hartmann zu Augsburg die Wiederloosung von den zwei verpfändeten Höfen zu Schweningen und Blindheim (praef. Höchstätt). Geschehn am Sanct Michels Abend in dem Monat Octobris (i. e. Octav des Michelabends 5. Oct.?)

Franconica.

Bertholdus, Herbipolensis Episcopus, Langheimensi monasterio appropriat decimam novalium in Duringestat (Döringstadt, praef. Lichtenfels), ab Heinrico, dicto Hohe, cum consensu fratrum de Lichtenstein, Heinrici Mundibordorum, comparatam, pro recepto ab Heinrico manso in Hartratsdorf (Hartersdorf, praef. Ebern). Dat. Herbipoli mense Augusto, Pontif. anno IV.

Permittente Bertoldo, Episcopo Herbipolensi, Domino feudi primario, Cunradus Nobilis Vir de Trimperc monasterio in Frauenrode appropriat decimam in villa Fritrieth, a Rudolfo dicto de Heustreu, subfeudatario suo, venditam, et in recompensationem subfeudi bona in Heustreu recipit. Datum XII. Kal. Octobris (20 Sept.).

Herbordus, filius quondam Theodrici de Swanfelt, Lucardi Abbatissae in Heiligenthal, Cisterciensis Ordinis, vendit bona in Witoldeshusen (Waigoltshausen), tamquam feudum castrense in Wernekke possessa, et Bertholdo, Herbipolensi Episcopo, substituit allodium suum in Zuzeleibe (Zeuzleben). Datum in vigilia Sancti Michaelis Archangeli (28. Sept.). Pontif. anno IV.

Annus.	Bavarica.
1278.	. . . .
1278.	. . . .
1278.	. . . .
1278.	Henricus, Episcopus Ratisponensis, Hugoni militi inter Latinos VIII. libras annuatim persolvere stipulatur. Dat. Ratisponae in crastino Dionysii (8. Octob.).
1278.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Ludewicus de Windeheim Episcopo Herbipolensi Bertholdo pro C.C.C.L. libris Hallensis monetae vendit castrum suum Schonenbrunnen, (Schönbrunn, praef. Burgebrach) cum villis Schonenbrunnen et Grube et molendino ad ipsum castrum pertinentibus; item jura advocatiarum in villis Furhenbach (Firnbach), Niusez (Neuses), Halbolsdorf (Halbersdorf), Wulsprunnen (Falsbronn), Tenheim (Theinheim), Schultir (desolata), Clebeheim (Klebheim), Bertheim (desolata), Koppenwinden, Rode (Bernrod?), Lindech (desolata), Liubrichesdorf (Lubrichsdorf, desolata), Hohenrode (desolata) et Brüswitz (desolata), omnesque homines suos militaris conditionis, et jura bonorum suorum feodalium transfert in Herbipolensem ecclesiam. Act, pridie Non. (6.) Octobris. Ind. VII. Pontif. anno IV.
. . . .	Ludewicus de Windeheim, religionis habitum in monasterio Ebracensi, Cisterciensis Ordinis, assumens, ecclesiaeque Herbipolensi vendens castrum suum Schonenbrunnen pro trecentis quinquaginta libris Hallensium, monasterio Ebracensi donat castrum suum Windeheim, Episcopo Herbipolensi feodale, cum duabus Wiler (Weiler) et Scrappach, (Schrappach), cum villulis capellae Wingersdorf et Heide et juribus advocatiae in Steinach, Mannedorf, Haimbuch et Richardsdorf. Testes: Manegoldus de Nuwenburg Praepositus, Albertus Decanus, Rudolfus Scolasticus. Acta eodem.
. . . .	Bertholdus, Herbipolensis Episcopus, monasterio Eberacensi resignatum a Ludewico de Windeheim, religionis habitum ibidem capessente, castrum Windeheim cum supradictis villis approprist. Act. eodem.
. . . .	Bertholdus, Babenbergensis Episcopus, ex mandato Nicolai Papae, dato Viterbii IX. Nonas (?) Julii, Emichoni Decano, Alberto Custodi Fratrum Minorum in Bavaria, et Andreae, Lectori in Baben-

Annus.	Bavarica.
1278.	Chunradus, Abbas in Wihensteven, Wernhardo, dicto Witmeizzer, pro duabus libris vendit praedium in Auperge, ab ecclesia sua nimis remotum. Datum in Wihensteven X. Kal. Novembris (23. Oct.).
1278.	Ludovicus et Heinricus Duces controversias super haereditariis suis principitatibus, salvo jure, per XXII. annos sopitas manere conveniunt; laudantibus Salisburgensi Archiepiscopo, Babenbergensi, Frisingensi, Ratisponensi, Pataviensi, Eistettensi, Augustensi, Brixinensi Episcopis. Datum et actum in Vilshoven X. Kal. Novembris (23. Oct.).
1278.	. . . .
1278.	Wolfgangus, Abbas Sancti Emmerami, pro domo pridem vendita, auf dem Smerpuehel, Obellariae Capituli Ratisponensis annuum censum constituit ex domo inter clipeatores. Acta Symonis et Judae die (28. Oct.).
1278.	. . . .
1278.	. . . .
1278.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
	berg, committit ut sorores poenitentes monasterii in Nurenberg, ordinis Sancti Augustini, ad regulam Sanctae Clarae transire procurent. Dat. in Babenberg III. Id. (13.) Octobris.
. . . .	Ludewicus de Hohenberg Senior, Canonicus ecclesiae Herbipolensis, Gregorio Archidiacono vendit curiam suam sub castro Butrit (Bütthardt). Actum et datum feria tertia ante festum Apostolorum Simonis et Judae (25. Oct.).
. . . .	Idem Magistro Gregorio, Archidiacono et Canonico majoris ecclesiae, pro fundanda Vicaria vendit oblationem suam haereditariam in Batert (Bütthardt), substituens capitulo oblationem suam haereditariam Buchheim. Datum Non. (3) Novembris.
. . . .	Bertholdi, Herbipolensis Episcopi, literae conservatoriales pro altare chori monasterii in Selgental, a matrona Domina de Steinesvelt, ac sorore Guta, filia ejusdem, dicti loci Cantrice, in honorem S. Crucis instructo et ornato. Datum pridie Martini (10. Nov.). Pontif. B. anno IV. vid. *Guden* l. c. III. 703.
Volkmarus et Heinricus, filii quondam Sifridi de Hattenberge, jus advocatiae in Haertishoven, a Romanorum Rege	

Annus.	Bavarica.
1278.	. . . .
1278.	. . . .
1278.	Nicolaus Papa III. Capellanum suum Sifridum de Anagnia, pro magnis negotiis ecclesiae destinatum, in itinere suo omnibus ecclesiarum antistitibus commendat, ut benigne eum recipiant, et singulis diebus cum III. libris Turonensibus provideant. Dat. Romae apud Sanctum Petrum XIV. Kal. Januarii (19. Dec.). Pontif. anno I.
1278.	. . . .
1278.	Petrus, Pataviensis Episcopus, ecclesiae Sanctae Mariae in Alderspach confert decimam quorundam agrorum in villa Weng. (M. B. V. 383.).
1278.	Heinrici, Sculteti Novi Fori consensu, Piligrinus Institor, civis Novi Forensis, sanctimonialibus claustri Felicis Portae vendit curiam suam in Perchausen, a Rudigero, nobili de Puch, prius sibi comparatam.

Alemanica.	Franconica.
jure feudali sibi comparatum, tradunt monasterio in Schonenvelt Superiori et designant pro securitate possessionis curiam suam in Braitenbrunen. Datum et actum Augustae XIII. Kal. Decembris (19. Nov.).	
. . . .	Bertholdus. Herbipolensis Episcopus, monasterio in Frauenroth appropriat decimam in Friderith, a Rudolfo milite de Heustreu, consensu Cunradi, viri nobilis de Trimberc, feudatarii Episcopi, coëmtam. Actum VI. Kal. Decembris (26. Nov.). Pontif. anno IV.
Dietericus, Abbas in Nerensheim, Trutwino, Abbati Caesariensi, obligat librum quemdam ecclesiae suae, Josephum scilicet, pro octo libris Hallensium. Datum in die Sanctae Luciae Virginis (13. Dec.).	
. . . .	Heinricus, Ratisponensis Episcopus, Friderico Burggravio de Nurenberg, sine haerede masculo decessuro, concedit facultatem legandi unicuicunque ex filiabus suis villam in Rietvelt (Riedfeld, praef. Neustadt) cum aliis feodis, ab ecclesia Ratisponensi procedentibus, exceptis tamen illis, quae Mannlehen nuncupantur. Dat. et act. Wiennae in crastino beati Thomae Apostoli (22. Dec.). vid. v. *Schütz* l. c. S. 114.

Annus.	Bavarica.
1278.	Hertelin et Arnold Tarandi, Swicgerus de Maringa et Arnold de Natnes, ab Episcopo Brunone Brixinensi e captivitate dimittuntur. Dat. et act. in castro Tyrol.
1278.	Bertholdus, Lector fratrum Praedicatorum Ratisponae, et Wernherus, Lector fratrum Minorum ibidem, in causa Cathedralis ecclesiae Ratisponae et monasterii Sancti Emmerami, ob praetensam procurationem Episcopi per XII. septimanas, arbitrium suum ferunt. Actum Ratisponae.
1278.	. . . .
1278.	. . . .
1278.	. . . .
1278.	. . . .
1279.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
Bruno, nobilis de Risenburg, filiae suae Annae, sanctimoniali in Medingen, jure proprietatis confert bona omnia in villa Seitzheim, a vasallo suo, Ulrico de Munster, sibi resignata.	
. . . .	Hainricus, Abbas in Ahusen, liberos molendinatoris Ahusani et Rudegeri de Ehingen ab antecessore Sifrido rite permutatos esse agnoscit.
. . . .	Bertholdus, Herbipolensis Episcopus, Capitulo Babenbergensi confirmat advocatiam villae in Veulspach (Feilshof, praef. Burgebrach), per Burchardum de Rugheim, Canonicum Babenbergensem coëmtam ab Eberhardo Chlemmone, sub renunciatione fratrum de Stetebach, et Chunradi, Advocati de Waltperch, qui priora jura proprietatis in eadem habuere. Praesente Bertholdo Babenbergensi Episcopo.
. . . .	Gerhardus Comes in Rinecke in protectionem suscipit bona in Wisenfeld et Wernfeld, a defuncta Alheide, dicta de Bonlant, monasterio Schonaugiensi legata. Testis: Gotfridus Advocatus de Rinckke.
. . . .	Rudolfus Romanorum Rex Ulrico de Sluzzelberg pro demeritis quingentis libris Hallensibus oppignorat villam dictam ad Newenhofe (Neuhof praef. Erlang) et bona Imperii, sita in villa Guntershubel (Güntersbühl), et duas villas, dictas Schellenbach (Ober- u. Unter Schöllenbach) atque molendinum dictum zu Herburge Muleat (Herbergsmühl), bona denique et homines in Ducantsrewte (Tauchersreut, praef. Lauf). Datum Wienne Kal. (1.) Januarii Ind. VII. Regni anno VI.

Annus.	Bavarica.
1279.	Hermannus, Abbas de Wingarten, locum, in quo situm est molendinum Widergeltinger Mul, cum fossuris et aquarum decursibus, Praeposito de Staingaden proprietatis titulo pertinere agnoscit. Act. et dat. Wingarten XV. Kal. Februarii (18. Jan.). Ind. VII.
1279.	Charta compositionis inter Heinricum de Rutzenlach et Ulricum, filium Libhardini, et ecclesiam Berthersgademensem, per illos vi aggressam. Salzburg in conversione beati Pauli (25. Jan.). vid. v. *Koch* II. 57.
1279.	. . . .
1279.	Heinricus, quondam Abbas coenobii in Micheluelt, nunc humilis monachus Sancti Michaelis in Babenberg, attestatur, jus patronatus ecclesiae in Smalenawe, Eistettensis dioecesis, spectare ad monasterium in Michelvelt. Dat. in crastino conversionis Sancti Pauli Apostoli (26. Jan.). (M. B. XXV. 115.)
1279.	. . . .
1279.	. . . .
1279.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
Heinricus, dictus Speto de Veimingen, sororibus in Medelingen donat curiam unam in Riethusen, excepto jure vulgariter Dorfrecht dicto. Acta in ecclesia Medelingen, Idibus (15.) Martii. Testes: Rudolfus de Hirnheim, dictus de Alto Castro; Chunradus de Lierheim; Ulricus de Katzenstain.

Franconica.

Heinricus, Comes de Castele, Cunrado, quondam Cellerario Domini Bertholdi Episcopi Herbipolensis, appropriat bona in villa Herlheim, ab Hildebrando de Gruzingeshusen ei vendita. Datum et act. apud civitatem Herbipolensem in curia, quae vocatur zum Esele, in die Sancti Gregorii Papae (12. Mart.), Pontif. Bertholdi anno VII.

Annus.	Bavarica.
1281.	Ludwicus, Dux Bavariae, monasterio in Ebersberg remittit jus advocatiae curiae apud Witingen. Actum et datum Ebersperch XV. Kal. Aprilis (18. Mart.).
1281.	Wichnandus de Irispurch, Vicedominus, arbiter, Abbati de Tegernsee adjudicat litigiosum praedium in Porterhaus, Eberhardo de Tegerndorf parata pecunia persolvendum. Act. XII. Kal. Aprilis (21. Mart.).
1281.	Hardwigis, Abbatissa Inferioris Monasterii Ratisponae, jus praesentandi ad ecclesiam in Schirling in manus Episcopi reponit, ut ipse controversiam inter illam et Decanum decernat. Dat. Ratisponae crastino annunciationis (26. Mart.). vid. *Ried* l. c. num. 601.
1281.	Henricus, Ratisponensis Episcopus, Luchoni, civi Ratisponensi, deputat duas scaffas tritici et siliginis, percipiendas de curia in Eglofsheim, dicta Steinhof. Datum Ratisponae V. Id. (9.) Aprilis. vid. *Ried* l. c num. 602.
1281.	. . . .
1281.	. . . .
1281.	Wichardus, Pataviensis Episcopus, monasterio de Raitenhaslach confirmat liberum transitum duorum talentorum salis per annum. Dat. Wiennae feria III. in ebdomate pascali, (15. April).
1281.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Fridericus Lantgravius de Luickenberg cum filio Friderico oppignorat nobili viro, Friderico Burggravio de Nurenberch, castrum Culme (Reuhen-Culm, praef. Neustadt) pro XL. marcis argenti. Act. IV. Id, (10.) Aprilis. vid. v. *Schütz* l. c. I. 191.
. . . .	Conradus Zobelo de Rosserieth, Miles, Magistro Gregorio Archidiacono vendit medietatem unius curiae sive allodii in Isingen (Eisingen). Actum XVII. Kal. Maii (15. April.) in claustro ecclesiae Herbipolensis.
Hiltebrandus, Ministerialis Ludewici, Ducis Bawarie, dictus de Gumpenberge, tutor vel quasi tutor nepotum suorum, Berhtoldi videlicet et Sifridi, liberorum Heinrici quondam Dapiferi de Kulletal, ex Guta filia sua, monasterio Caesariensi vendit dominium villae in Nie-	

Annus.	Bavarica.
1281.	Fridericus, Frisingensis Episcopus, omnia Sancti Francisci festa a fratribus Minoribus peragenda, ab universis quoque Frisingae Canonicis aeque celebranda esse statuit, dicatis ad hunc finem proventibus ecclesiae in Veldkirchen. Datum et actum Frisingae XV. Kal. Maii (17. April.). Ind VIII. (IX.).
1281.	. . . .
1281.	Wichardus, Episcopus Pataviensis, Rapotoni de Sancto Vito pro vitae tempore locat quartam partem omnium decimarum in parochia Manswert, ab illo redemtam. Dat. Wiennae X. Kal. Maii (22. April).
1281.	Das Convent vom Kloster Niedernburg verleihet die oed gelegenen Güter zu Gramasdorf, Udelgersperg und Rechweinesreut, und die Mühle zu Gramasdorf, dem dortigen Müller erblich. Geschehen am Sanct Georientag des Martyrers (23. April).
1281.	. . . .

Alemanica.	Franconica.

dern-Turheim, quod vulgariter dicitur Dorfrecht, et jus pastoriae, quod vocatur Hirtschaft, et alia intra et extra villam. Testis: Cunradus de Turheim. Datum et actum XVI. Kal. Maii (16. April.). (Consensus Ludewici, Ducis Bawarie. Datus pridie Kal. Maii (30. April.)

Otto et Hartmannus fratres, Comites de Brandenberch, conventui de Caesarea transactione amicabili cedunt bonis in Steten apud Bercheim. Testis: Otto, Minister in Ulma, dictus Amsteg. Datum et act. in Ulma XIII. Kal. Maii. (19. April.).

. . . .

Rudolfus, Romanorum Rex, Friderico Burggravio de Nurenberg confert sub feodi castrensis Imperialis titulo villas Snepfenrude (Schnepfenreut) ac Snigilingen (Schniegling) cum molendino, item duas villas Houelines (Höfles). Dat. Wiennae VIII. Kal. Maii (24. April.) Ind. IX. anno Regni VIII.

vid. *v. Schütz* l. c. S. 120. n. 83.

Annus.	Bavarica.
1281.	. . . .
1281.	Rudolphus Rex Episcopo et Capitulo Pataviensi confirmat privilegium liberi transitus per Danubium et Oenum, a Leopoldo et Friderico, Ducibus Austriae, impetratum. Dat. Wiennae IV. Kal. Maii (28. April.), Ind. IX. Regni anno VIII.
1281.	Heinricus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, fidem instrumenti perditi super decima in Aeuting, per O. Vicedominum Ducis Leoni Episcopo quondam Ratisponensi vendita, asseverat. Datum Ratisponae vigilia Philippi Jacobi (30. April). vid. *Ried* l. c. num. 603.
1281.	Heinricus, Episcopus Ratisponensis, consanguinei sui Henrici de Laber venditionem *infra* sequentem (24. Mai) confirmat. Dat. Ratisponae octavo Idus (8.) Maii.
1281.	. . . .
1281.	. . . .

Alemanica.

Cunradus de Lierheim Trutwino, Abbati Caesariensi, vendit curiam suam in Westernsorheim, sitam circa medium collis, eminentis in ipsa villa. Testes: Rudolfus de Hurnheim, frater Caesariensis Dat. et act. VIII. Kal. Maii (24. April.).

. . . .

Cunradus et Eberhardus fratres, Comites de Landou, (in sigillo inscriptum vides nomen Cunradi Comitis de Gruningen) cum matre Hedwich, Episcopo Brixinensi vendunt castrum suum in Balshain, cum omni dominio et quod vulgariter dicitur Graveschaft et Wiltpann, cum possessionibus ad oppidum Nivehusen spectantibus, exceptis homagiis et hominibus nobilibus. Acta apud Aephimgen, villulam sitam prope civitatem

Franconica.

Ludewicus Comes de Oettingen sororibus Sanctae Clarae apud Nuremberg tradit proprietatem curiae, sitae in villa Ettenstatt (praef. Pleinfeld), quam a se Chunradus et Ulricus fratres de Flugelingen tenuerunt in feodo. Dat. et act. Wallerstein, proxima feria VI. post inventionem crucis (9. Maii.).

Annus.	Bavarica.
1281.	Hadmarus liber de Laber dominabus ecclesiae Sanctae Mariae in Puelnhoven vendit praedia sua in Pruenne. Testis: frater Bertholdus, Lector Praedicatorum Ratisponae. Acta et data in vigilia beati Urbani Papae (24. Maii.).
1281.	. . . .
1281.	. . . .
1281.	. . . .
1281.	Wernhaadus, Comes de Leonberch, ad resignationem Cunradi de Gigenreut et Heinrici Halstetarii, proprietatem suam quatuor curiarum in Premaeuzzel, (Premischel, praef. Waldmünchen) et in decima unius curiae in Piberbach, donat coenobio in Schöntal. Datum in castro Leonsperch VI. Kal. Junii (27. Maii.).
1281.	Heinricus, Palatinus Comes Reni, Dux Bawariae, Volchmaro, Abbati de Altha (Niederaltaich), libertatam thelonei, a patre suo Ottone concessam, in Landawe XV. Kal. Januarii MCCXLII. confirmat. Datum in Altah pridie Kal. Junii (31. Maii.). (M. B. XV. 16.).
1281.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
Biberach. Praesente Comite Eberhardo de Kirchperg, et Cunrado filio suo, et Cunrado filio fratris sui. Datum Landou X. Kal. Junii (23. Maii).	
. . . .	Gotfridus in Wolffershusen Winrico Abbati Ebracensi pro sepultura ecclesiastica donat bona sua in Husen (Hausen) et Lengfeld. Datum in vigilia Sancti Urbani (24. Maii.).
. . . .	Bertoldus, Herbipolensis Episcopus, pro CL. maldris siliginis Winriconem, Abbatem monasterii in Ebera, eximit a jure, quod Landleite vulgariter nuncupatur. Dat. Herbipoli VIII. Kal. Junii (25. Maii). Pontif. anno VII.
. . . .	Ejusdem Episcopi consensu Bertholdus dictus Kilholz, Miles, monasterio in Ebrach donat quatuor mansos suos in Superiori Breitebach (Breitbach, vel Preppach, praef. Sulzheim) et Episcopo pro feudo quatuor istorum mansorum surrogat bona quaedam cujusdam de Staufe in Ipphehoven (Iphofen), ab Marquardo dicto Starz milite quondam comparata. Datum Herbipoli VI. Kal. Junii (27. Maii). Pontif. anno VII.
. . . .	Bertholdus, Herbipolensis Episcopus, Gutae, Abbatissae monasterii Sanctae Mariae in Selgintal, appropriat decimam in Hemsbach (praef. Alzenau), a Heinrico dicto Pfeffer comparatam. Datum

Annus.	Bavarica.
1281.	Rudolfus, Romanorum Rex, monasterio Alderspacensi concedit immunitatem a teloneis Austriacis. Dat. Ratisponae II. Id. (12.) Junii, Ind. IX. Regni anno VIII. (M. B. V. 385.). (Iterum ibidem, et eodem die, Indictione X. (1282.).)
1281.	Capitulum ecclesiae Sancti Andreae in Frisinga ortus et dua prata sua in terra Frisingensi locat Concanonico suo Ul. Rabenecker. Datum Frisingae Id. (13) Junii.
1281.	. . . .
1281.	Rudolfus, Romanorum Rex, remissionem X. librarum, Monasterio Inferiori Ratisponae per Fridericum Regem factam, confirmat. Testes: Cunradus et Heinricus, Duces Bawariae, Fridericus Burgravius de Nurinberg. Dat. Ratisponae XIII. Kal. Julii (19. Junii). Ind. IX. Regni anno VIII.
1281.	Idem compositionem controversiarum inter Ludovicum et Heinricum Duces confirmat. Datum Ratisponae II. Kal. Julii (30. Jun.). (vid Charta X. Kal. Novembris, MCCLXXVIII.). vid. *Lunig* l. c. Pars spec. cont. II. 130. *Tolner* l. c. p. 80.
1281.	Ejusdem consensus, ut exequatur proscriptionis regiae poena, a Ducibus, si obstagia servanda recusarint, libere in se suscepta. Eodem,
1281.	Martinus Papa IV. mandat Praeposito de Heubach, Augustensis dioecesis, ut possessiones ab Abbatibus Wezzobrunensibus alienatas revocari studeat. Datum apud Urbem Veterem Kal. (1.) Julii. Pontif. anno I.
1281.	Rudolfus, Romanorum Rex, literas Philippi Regis, datas Augustae per manum Sifridi, Regalis Aulae Protonotarii, anno MCCV. Ind. VIII. III. Kal. Augusti, de divisione ministerialium inter Episcopum Ratisponensem et Ludewicum, Ducem Bavariae, sese vidisse profitetur. Datum Ratisponae IV. Non. (4.) Julii. Ind. IX. Regni anno VIII. vid. *Ried* l. c. num. 606.

Alemanica.	Franconica.
	Herbipoli, feria secunda post octavam Pentecostes (9. Juni). Pontif. anno VII. vid. *Guden* Cod. dipl. III. 706.
Heinrich von Münster bestätigt seines Lehenmannes, Konrads des Vogts zu Zusmarshausen, Verkauf eines Besitzthum zu Enderbach, an das Kloster Oberschönfeld. Geschehn am Sant Vites Tag. (15. Jun.).	

Annus.	Bavarica.
1281.	Rudolfus Rex, praesidens judicio Ratisponae, sabbato infra octavam Apostolorum Petri et Pauli (5. Jul.), confirmat sententiam, quod bona principum, ad principatus suos spectantia, alienari nequeant. Datum Ratisponae III. Non. (5.) Julii, Ind. X. Regni anno VIII. vid. *Ried* l. c. num. 605.
1281.	Martinus Papa IV. Praeposito monasterii de Pollingen concedit facultatem absolvendi canonicos et conversos de culpa denegatae sibi obedientiae. Datum apud Urbem Veterem V. Id. (11.) Julii. Pontif. anno I. (M. B. X. 60).
1281.	. . . .
1281.	. . . .
1281.	Heinricus, Ratisponensis Episcopus, testatur, quod braxatores Ratisponae cum Duce Ludovico pactum inierint, persolvendi in tribus fixis terminis CXX. libras denariorum Ratisponensium. Datum Ratisponae XIV. Kal. Augusti (19. Jul.).
1281.	Rudolfus Rex cavet, ne absentibus Ducibus forma concordiae per Officiales eorum laedatur. Datum Nurembere XVII. Kal. Augusti (21. Jul.).
1281.	. . . .
1281.	Berchtoldi Episcopi Herbipolensis, indulgentiae pro capella Sanctae Ursulae Pollingae noviter exstructa. Datum Nurenberg in die beatae Mariae Magdalenae (22. Jul.).

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Rudolfus, Romanorum Rex, quaestionem inter Capitulum Onolsbacense et Fridericum de Hohenloch, villanos Capituli in Ottenhofen (Ottenhofen, praef. Windsheim) ad judicium suum in villa Bergel compellentem, terminat. Dat. Nuremberg IV. Id. (12.) Julii. Ind. IX. Regni anno VIII. Testes nobiles viri: Fridericus Burggravius; Gotfridus de Hohenloch, frater Friderici supra dicti; Erkingerus de Sawensheim.
. . . .	Litterae Bertholdi, Herbipolensis Episcopi, ejusdem tenoris. Dat. eodem Pontif. anno VII.
. . . .	Jurisdictiones et census villarum Rudern (Rüdern) et Ilmech (Ilmbach) ex amicabili transactione conventui de Schwarzach, in villa autem Abswinden (Abtswind) filiis quondam Alberti militis, dicti Fuchs de Stokheim, addicuntur. Sigillatores: Bertholdus Episcopus Herbipolensis et Heinricus Comes de Castell. Acta XII. Kal. Augusti (21. Julii). Pontif. Bertholdi anno VII.

Annus.	Bavarica.
1281.	Item Berchtoldi Babenbergensis Episcopi. Eodem.
1281.	. . . .
1281.	Hiltrudis, ecclesiae in Niumburch Abbatissa, Heinrico dicto Vicherinch, confert censuale feodum, in campis dictae ecclesiae situm, et tres agros in Velchirchen. Act. in die beati Jacobi Apostoli (25. Jul.).
1281.	. . . .
1281.	. . . .
1281.	. . . .
1281.	Rudolfus Rex Ludovici Ducis filios, Ludovicum et Rudolfum, investit de principatibus et omnibus feudis, ea lege, ut cum liberis ex filia Regis adhuc procreandis aequaliter dividantur. Testes: Gebhardus C. de Hirzperch; Heinricus Marchio de Burgau; Bertholdus C. de Graifspach; Fridericus C. de Truhendingen; Fridericus Landgravius de Liukenberg et Fridericus filius suus. Datum Nuremberc Kal. (1) Augusti.
1281.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Fridericus de Hohenloch Ofimiam, Abbatissam in Kizingen, propter jus advocatiae in Minori Ochsenfurt in posterum gravare nolle stipulatur. Testes: Comes Eberhardus de Kacenellnboge; Dominus Krafto de Hohenloch; Dominus Cunradus de Brunekke; Dominus Reinboto Pincerna Regis. Datum in Nurenberch X. Kal. Augusti (23. Jul.).
. . . .	Ludewicus, Comes de Otingen, Friderico Burcgravio de Nurenberg, socero suo, cedit proprietate bonorum universorum, castro Winspach pertinentium, quae Albertus dictus Rinsmulus ab ipso in feodo tenebat, salvis bonis illis, quae Wolframo de Dornberg pridem sunt vendita. Dat. et act. Nurenberg, proxima feria II. post festum Jacobi. (28. Julii). Teste: Arnoldo, Dapifero de Honegge.
. . . .	Conradus Hoene, dictus Cellerarius, Magistro Gregorio, Domini Papae Capellano et Archidiacono, vendit curiam suam liberam in villa Bleichveld. Actum et datum III. Kal. Augusti (30. Jul.).
. . . .	Rudolfus, Romanorum Rex, Abbati Sancti Petri et Pauli in Wilzeburch confert proprietatem praedii in Ramesawe, quam Heinricus Senior de Salach ab Imperio tenuit. Dat. Nuremberg II. Kal. Augusti (31. Jul.). Ind. IX. Regni anno VIII.
. . . .	Fridericus de Richenberg Magistro Gregorio, Domini Papae Capellano et Archidiacono Herbipolensi, vendit curiam in Butel-

Annus.	Bavarica.
1281.	. . . .
1281.	Ratisponense Capitulum et Hugo, fratrum Praedicatorum Prior, controversiam inter se, de sepulturis ecclesiasticis et funeribus, reponunt in arbitrium Heinrici Ratisponensis Episcopi et Chunradi, Praedicatorum Provincialis per Alemaniam. Datum Ratisponae VI. Id. (8.) Augusti.
1281.	. . . .
1281.	. . . .
1281.	F. Frisingensis Episcopi indulgentiae pro parochiali ecclesia Sancti Petri in Monaco. Datum in Verin XV. Kal. Septembris. (18. Aug.). (M. B. XIX. 1.).
1281.	. . . .

Alemanica.	Franconica.

brunnen (Gaubüttelbrunn). Datum et actum IV. Non. (2.) Augusti. Testis: Heinricus Pincerna.

. . . .

Waltheri Decani totiusque Novi Monasterii Capituli statutum contra confratres, in solvendo annuo canone et cultura vinearum negligentes. Acta VIII. Id. (6.) Augusti.

Cunradus de Lierheim in conventum de Caesarea transfert praedium quoddam Witmarc. Datum in Lierheim, in crastino beati Laurentii Martyris (11. Aug.).

. . . .

Bertholdus Episcopus Herbipolensis pro CCC. marcis argenti puri et DCCXXX. libris Hallensibus, ad emendum castrum Frankenberg sibi exhibitis Friderico Burggravio de Nuremberg ejusque haeredibus confert villam Bernheim (Burgbernheim) et villam Herbolheim (Herbolzheim). Datum et actum apud Nurenberch II. Idus. (12.) Augusti.

. . . .

Rudolfus, Romanorum Rex, ab Abbate Ebracensi emit omnia bona, homines et jura praedii sui in Swabach, excepta ecclesia parochiali cum dotibus et decimis ac curia, quam ipsi fratres inhabitant, pro DCCL. libris Hallensibus, reservato tamen monasterio usu lignorum. Dat. Nurenberg XIII. Kal. Septembris (20. Aug.). Ind. IX. Regni anno VIII. Sigillatores et Testes nobiles: Fr. Burggravius de Nurenberg; H... Comes de Furstenberg; W... Advocatus de Dornberg; Herdegenus de Grindela, H... de Castele, et L.. de Oettingen, Comites; Got. de Hohenloch; C. Buticularius de

Annus.	Bavarica.
1281.	Rudolfus Rex, illustrem Ludovicum, Comitem Palatinum, filium suum carissimum, infeodat de bonis, ex morte Conradi Comitis de Mospurga Imperio vacantibus. Datum Nuremberg X. Kal. Septembris (23. Aug.). Regni anno VIII.
1281.	Pactum censuale inter Herwurgem, Abbatissam Chiemensem, et Heinricum et Ulricum de Inspruch, super praedio in Hetting. Actum apud Inspruch VII. exeunte Augusti (25. Aug.). Ind. VIII. (IX). (M. B. II. 459.).
1281.	Otto senior et Chunradus junior de Goldecke ecclesiae Berthersgadensi pro trium librarum redditibus, supra Lacum Cellensem, videlicet in der Awe (Au), der Glakam (Schlabern) et Mizzingen (Motzing), substituunt alia bona in Prantstetten (Brandstatten) et in dem Geschwant (im Geschwand, praef. Dachsenbach). Dat. apud Civitatem Salinarum Hallein V. Kal. Septembris (28. Aug.). (v. *Koch* II. 54).
1281.	Heinricus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, monasterio in Alderspach concedit immunitatem a mutis, in alveo Saltzae et Eni constitutis. Dat. Kal. (1.) Septembris. (M. B. V. 384.).
1281.	Heinricus de Gozze, Doctor Decretorum, tamquam arbiter in controversia Ekkardi de Aigelsheim, cum Chunrado, Abbate in Raytenhaslach, super curia in Embercheim, a fratre Ekkardi, Rudigero, quondam Plebano in Lohkirchen, monasterio legata, dictam curiam Eccardo ad vitae tempus addicit. Acta in Mueldorf feria V. proxima ante nativitatem Sanctae Mariae Virginis (4. Sept.).
1281.	. . . .

Alemanica.	Franconica.

Nurenberg; Bertoldus Scultetus ibidem; Got. de Brunegge. Testes honorabiles: Magr Got. Praepositus Pataviensis, Prothonotarius Regis.

vid. *v. Schütz* l. c. 121. n 85.

v. Falckenstein l. c. S. 77. n. 72.

Idem Schwab. Chronik S. 21. §. 2.

Histor. Norimb. dipl. S. 176. n. 40.

Bruno, Episcopus Brixinensis, a castro suo Balshaim discedens, cum consilio Eberhardi fratris sui, Comitis de Kyrchperg, Ulrici avunculi, Comitis de Schälkelingen, in eventum mortis suae legat Liugae, Reinhardi militis de Griesingen

Annus.	Bavarica.
1281.	. . . .
1281.	Fridericus, Salisburgensis Archiepiscopus, Capitulo suo confert advocatiam duarum curiarum villicalium, a Domino de Harschirchen in Viehten resignatam. Act et dat. VIII. Id. (6.) Septembris, in civitate Muldorf.
1281.	. . . .
1281.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
sorori, LX. et filiae ejus, Agneti, C. marcas, de castro Balshaim solvendas. Testes: Ch. Comes de Kyrchperg, filius Eberhardi; Hartmannus et Otto, Comites de Brandenberch. Act. Balshaim II. Non. (4.) Septembris.	
. . . .	Rudolfus, Romanorum Rex, Fridericum Burggravium de Nurenberg et Mariam, filiam suam ac Comitis de Otingen uxorem, investit de Comitia Burggraviae in Nuremberg et de judicio provinciali ibidem. Act. et dat. Gemundiae, pridie Non. (4.) Septembris. Regni anno VIII. Testes: G... de Bruneke. C... et G... de Honloch. vid. *Spies* Bulla aurea Rudolfi I. lit. B. *Histor. Norimb. dipl.* S. 167. n. 35. *v. Schütz* l. c. S. 121. n. 85. *v. Falckenstein* l. c S. 75. n. 70. *Lünig* l. c. Abth. IV. 295. *Seidels*, Abhandlung von dem Burggrafth. Nürnberg, Urkunde n. 2.
. . . .	Idem obligat Friderico Burggravio Norimbergensi forum Eruendorf (Erbendorf, praef. Neustadt) pro C.C.C. marcis. Dat. apud Gemundiam VI. Id. (8.) Septembris, Ind. IX. Regni anno VIII. vid. *v. Schütz* l. c. S. 123.
. . . .	Reinbotonis, Episcopi Eistettensis, Statutum pro obligandis Canonicis ad solvendas pensiones ex curiis et oblatis suis. Dat. V. Id. (9.) Septembris.

Annus.	Bavarica.
1281.	Amelbrecht von Aigeling verkauft seinen frey eigenen Hof zu Aichach, und ein Dritttheil aus dem andern Hof dabey, an Bischof Wichart von Passau um LXX Pfund Passauer Pfenning. Geschrieben und gegeben ze Pazzowe an Sanct Chunigundstag in den Herbst (9. Sept.).
1281.	Wernhardus et Heinricus fratres de Schaumburch monasterio in Fürstencell concedunt immunitatem telonei apud Aschach. Act. et dat. in Schaumburch IV. Id. (10) Septembris. (M. B. V. 24.).
1281.	Wernhardus, Abbas de Aspach, testatur, depositum trium marcarum auri, et duodecim argenti, ab monasterio in Alderspach haeredi Chunradi de Poppanberge, Chunrado scil. Judici in Grizpach, esse restitutum. Dat. III. Id. (11.) Septembris.
1281.	Ludovicus, Dux Bavariae, remittit teloneum apud Ratenberch de vino, per alveum Oeni pro Abbate Eberspergensi deducto. Dat. Monaci III. Id. (11) Septembris.
1281.	Hartmannus, Augustensis Episcopus, Meinhardo Comiti Goritiae et Tyrolis, affini suo, confert feoda in valle Eni, per mortem Comitis de Hirzperch, uxorisque ejus vacantia. Dat. Augustae XV. Kal. Octobris (17. Sept.).
1281.	Heinrich von Seveld verkauft dem Kloster zu Sanct Benedictenpawrn das ganze Ried zu Aycheldorff. Geben an Sanct Mattheus Tag des Evangelist (21. Sept.). (M. B. VII. 145.).
1281.	Baumburgense monasterium Alberoni de Euchindorf locat praedium suum in Antwurt et molendinum Mosmül. Acta in festo Sancti Mauritii sociorumque ejus (22. Sept.). (M. B. II. 209.).
1281.	Gozzo Judex, totaque universitas civium in Chrems et Stein, privilegia a principibus Austriae, ac Rudolpho, Romanorum Rege, monasterio de Altah (Niederaltaich) concessa, ad preces Volkmari Abbatis recognoscunt. Actum in die beati Michaelis (29. Sept.). (M. B. XV. 17.).
1281.	Tobias, Pragensis Episcopus, Sifridum, nobilis viri Chunradi de Paulstorf filium, ab Abbate de Waldsassen in Plebanum ecclesiae de Plana praesentatum, confirmat. Dat. Pragae in die Sancti Michaelis (29. Sept.).
1281.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Heinrici Comitis de Castele consensus, Ottoni de Vustat impertitus, ob medietatem decimae in Eigenhausen, sanctimonialibus in Frowenrode venditam, oblato sibi pro resarcitione allodio in Vustat (Fuchsstadt). Sigillator: Bertholdus Episcopus Herbipolensis. Datum VI. Non. (2.) Octobris.

Annus.	Bavarica.
1281.	Lis inter Ger. Abbatem in Entestorf, et dictos Scholonos, super censu ex bonis in Gigans et Wumar, per Ulricum, Sancti Michaelis Babenbergae Abbatem, deciditur. Dat. Ratisponae VI. Id. (10.) Octobris.
1281.	. . . .
1281.	. . . .
1281.	. . . .
1281.	Udalricus, monasterii Privininngensis Abbas, ad Obellariam et Infirmariam, pro suo et Chunonis Officialis anniversario, deputat curiam Zendenhoven, beneficium in Gemünde et ecclesiam in Thiurlinge. Datum Privininge in die beati Martini Episcopi (11. Nov.).
1281.	. . . .
1281.	Chunradus, Chiemensis Episcopus, Meinhardo, dicto Neumaester, civi Salisburgensi, in feodum confert mediam hubam in Willeherswant. Act. et dat. Salzburg in die Sancti Clementis. (23. Nov.).
1281.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Sybertus de Windeke omne jus super castro Windeheim (Burgwindheim, praef. Burgebrach) a Ludovico de Windeheim Ebracensi ecclesiae oblato (anno 1278.), resignat. Dat. in crastino omnium Sanctorum (2. Nov.).
. . . .	Alberti Decani et Capituli Herbipolensis statutum de officio pistoris, per mortem Hermanni dicti de Bergerhove, laici, vacante, non amplius conferendo. Actum secunda feria post festum omnium Sanctorum (3 Nov).
. . . .	M.. Praepositus, Al... majoris ecclesiae Decanus, Domino Heinrico sacerdoti Scriptori et Cunrado Scolari, filio avunculi sui Cunradi, dicti Halpritter, vendunt redditus molendini apud Sanctam Afram, molendinum apud curiam Domini Murrelini et redditus domorum in curia fratrum, quinque jugera vinearum in monte Lindech, et tria in Rimpurger Stege. Datum secunda feria post festum omnium Sanctorum (3. Nov.).
Rudolphus, Romanorum Rex, conventum sororum in Lindowia in der Stege ab omni precaria sive stura eximit. Datum apud Hagenovam, Id. (13.) Novembris. Ind. X.	
. . . .	Rudolfus, Romanorum Rex, ad universitatem villae in Bernheim (Burgbernheim?), ne ullas precarias et servitia ex bonis stre-

Annus.	Bavarica.
1281.	. . . .
1281.	. . . .
1281.	Coram Mainhardo, Comite Tyrolis, Heinricus de Monternic, filius Utonis de Scardes, resignat monasterio Steingadensi teloneum de vino ibidem. Acta in Castro Tirol, die dominica VII. intrante Decembri (7. Dec.). Ind. X. (M. B. VI. 539.).

Alemanica.

Gerungus, Pincerna de Lapide, Ministerialis Ludewici Comitis de Oetingen, conventui de Caesarea tradit XXIV. prata vel Tagwerc circa villam in Sneiten. Testes: Rudolfus de Hurnheim, dictus de Alta Domo; Fridericus Dapifer de Maingen; Cunradus Dapifer de Limperc. Dat. et act. in Walrstein IV. Non. (2.) Decembris.

. . . .

Franconica.

nui viri L..., Magistri coquinae regiae, exigere praesumat. Datum Hagenau IX. Kal. Decembris (25. Nov.) Ind. X. Regni anno IX.

Fridericus, Comes de Truhendingen, Abbati Fuldensi refutat jus advocatiae in possessionibus monasterii Solnhofensis, dictis Mulnheim (Mühlenheim, praef. Eichstaedt), Enternhagenau, Bernburde, Superiori et Inferiori Titingen. Act. et dat in Totegabe VIII Id. (6.) Decembris. Resignatio Capituli Fuldensis. Data eodem in Truhendingen. vid. v. *Falck nstein*.

(Eadem reiterata refutatio Friderici Comitis de Truhendingen, attestante Bertholdo de Gryesbach, patruo suo. Act. et dat. apud Nuzbühel V. Id. (9) Januarii MCCLXXXII.

Literae reversales Reinbotonis, Episcopi Eystettensis, super hac refutatione prius in Abbatem Fuldensem, et ab hoc in ecclesiam Eystettensem, facta Dat. Eystett IV. Id (10) Januarii. vid. v. *Falckensteins* Urkunden S. 79. n. 14.

Aliae literae Friderici Comitis de Truhendingen super hac refutatione Actae apud Nusbühel III. Id. (11.) Januarii. Praesente Bertholdo Comite de Greiffbach. Conventus Suoluhovensis dictam refutationem acceptat, facta sibi recompensatione per alias possessiones in Mernberge. Datum apud Suoluhoven VIII. Id. (6.) Februarii MCCLXXXII. (vid. v. *Falckenstein* S. 71.).)

Annus.	Bavarica.
1281.	Ulricus, dictus Leubolfing, Vicedominus de Strubinga, ecclesiae Alderspacensi confert curiam suam in Paerbing. Act. in Alderspach, die beatae Luciae Virginis et Martyris. (13. Dec.).
1281.	. . . .
1281.	. . . .
1281.	. . . .
1281.	Albertus de Pruggeberch silvae Aycholz prope Mosmul, hactenus litigiosae cum conventu de Pollingen, renunciat.
1281.	Fridericus Landgravius de Lukenberc et Fridericus, filius suus, ob damna monasterio Waldsassensi illata, eidem conferunt villas Bingart et Zwirchowe, et sylvam apiariam juxta illas sitam. Testes: Gebwardus patruus Friderici et Lantgravius in Valkenberc; Babo Judex in Egra; Rudegerus frater ejus, dictus Sparneck.
1281.	Gebhardus et Heinricus, Landgravii de Valkenberg, ob damna monasterio in Waldsassen illata, eidem renunciant jura advocatiae in villis Drebhesin et Bingart. Testes: Kneuzlinus dictus Hohenberg, Judex Provincialis Egrensis; Theodericus Notarius de Valkenberg.
1281.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Rudolfus, Scolasticus et Officialis curiae Herbipolensis, in causa conventus Sancti Stephani et Iringi, dicti Cresse de Hochheim, huic jus secandi ligna in Hochheimensi nemore non nisi de portione mansorum, quos ibidem possidet, adjudicat. Actum in crastino Sanctae Luciae Virginis (14. Dec.).
. . . .	Bertholdo, Abbate Fuldensi, nomine monasterii Solnhofensis sibi subjecti, consentiente, Comes de Truhendingen vendit ecclesiae Eistettensi Advocatiam possessionum castro Mornsheim adjacentium, et offert Abbati in resarcitionem feudi curiam in Merenberch, molendinum et piscariam in Treuchtlingen et molendinum Hörnleinsmül super fluvio Mern. Dat. et act. XVIII. Kal. Januarii (15. Decemb.) in magna ecclesia Fuldensi.
. . . .	Capitulum Babenbergense Heinrico de Schellenbhere Cellerario confert oblationem in Tribchendorf (Drügendorf, praef. Bamberg), per Albertum de Lodeburhc Archidiaconum vacantem. Act. et dat. in die Johannis Apostoli et Evangelistae (27. Dec.).
Monasterium in Ursberg emit ab Hainrico, Marchione de Burgaw, pro XXVI. libris denariorum, curiam villi-	

Annus.	Bavarica.
1281.	. . . .
1281.	. . . .
1281.	. . . .
1281.	. . . .
1282.	Chunradus de Laimtal ecclesiae Sancti Jacobi in Easdorf reddit bona quaedam, multis abhinc temporibus violenter detenta, scilicet feodum in Galchingen, silvam Musansliten etc. Act. in vigilia Epiphaniae (5 Jan.). (M. B. XXIV. 52.).
1282.	Bruno, Episcopus Brixinensis, Dominae Margarethae, filiae Hermanni Pingonis, obligat curiam vineariam in Drakenleger, pro dote XXXVIII. Marcarum Veronensium. Dat. et act. Brixinae, in curia ante domum Guntheri Fabri IV. Id. (10.) Januarii.

Alemanica.	Franconica.
calem in Rör (Rohr, praef. Ursberg, molendinum et piscariam cum duobus seldis.	
. . . .	Hedewigis, Relicta Heinrici, nobilis de Appesperge, cum filio Gozwino, donationem praediorum in Titenheim (praef. Heidenheim), in Frichenvelt (Frickenfeld), in Ubenbrunnen et in Wrmach, ab Adelhaide, uxore quondam memorati Heinrici, monasterio Sanctae Mariae Virginis in Ahusen factam, confirmat. Testis: Frater Ulricus Commendator de Ellingen.
. . . .	Agnes, Abbatissa in Valle Coeli, liberata a decimis in Clozenhusen et Mechinhard (Mechenhard, praef. Klingenberg) Domui Sanctae Mariae Theutonicorum in Mergentheim stipulatur VIII. maldra siliginis, Aschaffenburgensis mensurae, annuatim ministranda. Testes: D. Wintherus, Abbas de Brunebach; D. Conradus Decanus Aschaffenburgensis. vid. *Guden* cod. dipl. IV. 968.
. . . .	Eblinus civis in Halenberg, Domini Abbatis Fuldensis Cellerarius, Abbatissae in Frowenrod, dictae Kunegundi de Munrichstadt, vendit quartam partem decimae in Fridtrit, et mediam in Hegenhusen. Datum Frowenrod.
. . . .	Fridericus Landgravius de Leuchtenberg resignat Burggravio Norimbergensi Friderico castrum et montem, dictum Culmen, cum villa Filchendorf. vid. v. *Schütz* l. c. S. 124.

Annus.	Bavarica.
1282.	. . . .
1282.	. . . .
1282.	Sententia, a Nobilibus terrae Austriae lata, quod Episcopus Ratisponensis quemlibet hominem super bonis ecclesiae suae, ad quemlibet locum, in et extra terram Austriae citare valeat, confirmante Alberto Comite de Habspurch et de Kiburch, Romanorum Regis per Austriam et Styriam Vicario generali. Testes: Stephan de Meissowe Marscalcus; Otto Camerarius Austriae, dictus de Perchtoldstorf; Fridericus Dapifer de Lengenbach; Chunrad Scriba Austriae; Bentzo Protonotarius; Hermannus Marscalcus de Landenberch. Datum Viennae III. Kal. Februarii (30. Jan.). vid. *Ried* l. c. num. 610.
1282.	. . . .
1282.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Wernheri de Tannenberg, Archidiaconi Herbipolensis et Judicis Palatii pro Curia trans Mogum, sententia lata in caussa Heinrici Waldeber militis et Jutae neptis illius, super vinetis an der Winterliten apud Erlebrunn. Testes: Frater Otto de Espenvelt Commendator; Heinricus Wolvolt Camerarius. Actum Sabbato infra octavas Epiphaniae Domini (10. Jan.).
. . . .	Vergleich zwischen Bischof Berthold zu Würzburg und den Grafen Ludwig und Gerhard von Rienecke, wegen der gegenseitigen Fehden. Gezuge: Bruder Gerhard von Hirzberg; Greve Eberhard von Kazzenelenbogen; Eberhard und Ulrich, Brüder von Sluzelberg; Godfried von Brunecke, Schiedsrichter. Diese Dinc sind geschehen zu Oppenheim an deme Sameztag an Sante Priscen Abende (17. Jan.).
Hartmannus, ecclesiae Augustensis Episcopus, monasterio Caesariensi incorporat ecclesiam in Dapfheim, cujus jus patronatus per donationem illustris Domini Ulrici, quondam Ducis Karinthiae, ad idem monasterium devolutum est. Testes: Magister Burchardus, Doctor Decretorum, Canonicus majoris ecclesiae. Datum et actum Augustae III. Kal. Februarii (30. Jan.).	
. . . .	Albertus Dapifer de Pfünzen, Reinbotoni, Eistettensi Episcopo, resignat domum lapideam in Pfünzen (praef. Eichstett). Testis:

Annus.	Bavarica.
1282.	. . . .
1282.	Heinricus Turrigel de Suinach Adelhaidi, Abbatissae ecclesiae in Felici Porta, vendit curiam suam in Ribilingen. Acta circa purificationem Virginis gloriosae (2. Feb.).
1282.	Seibrecht giebt den Frauen zu Fürstenzell seine zwey Höfe zu Porzhaim und Tetling. Geschehen in der ersten Vast-Wochen (8—14. Feb.).
1282.	. . . .
1282.	. . . .
1282.	Ulricus, dictus de Abensperch, liberae conditionis homo, recognoscit, quod parentela sua nunquam habuerit aliquam jurisdictionem Advocatiae in lignis, infra civitatem Ratisponensem et villam Gebriching sitis, quae Erchenlech dicuntur. Acta tempore Rudolfi Regis Romanorum, in die beatae Julianae Virginis et Martyris (16. Feb.). vid. *Lib. Prob.* num. 104.

Alemanica.	Franconica.
	Bertholdus Comes de Graisbach. Dat. Eistett, pridie Kal. Februarii (31. Jan.). vid. *v Falckenstein* l. c. S. 74.
. . . .	Ludewicus dictus Kolhase, Herbipolensis, monasterio Ebracensi pro sepultura ecclesiastica legat omnia bona sua. Testis: Heinricus de Randesaker, Hoveschultheize. Datum in vigilia purificationis Sanctae Mariae (1. Feb.), Pontif. Bertholdi anno VIII.
Conradus Minsterlinus monasterio Schoenfeldensi vendit curiam in Munsteren, tres areas in Epishoven et bona in Wolfsgraben. Actum et dat. V. Id. (9) Februarii. Testis: Bertholdus de Balderen.	
. . . .	Dietricus de Leonhayn pro acceptis LX. marcis puri argenti Episcopo Babenbergensi, Arnoldo, promittit redditus V. librarum Hallensium assignare in feodo et insuper servire ad quatuor faleratos dextrarios per duos annos, bis in anno intra terram, et cum uno dextrario extra terram, et servare cautionem, quae vulgariter Urbeh dicitur, sine Vara. Dat. et act. Babenberg, in die Scolasticae Virginis (10. Feb.).

Annus.	Bavarica.
1282.	Ulricus de Abensperch monasterio Sancti Emmerami literas reversales exhibet super advocatia in Eylsbrunn, a Dietrico Pincerna de Flügelsberg redemta, sibique de novo collata. Acta eodem. vid. *Lib. Prob.* num. 114.
1282.	Heinricus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, Ulrico, Abbati in Prufningen, Advocatiae jura remittit super bonis apud Gmund, a Chunrado et Zacharia fratribus, dictis Hageriis, resignatis. Datum Strubing XI. Kal. Martii (19. Feb.). (M. B. XIII. 229.).
1282.	Lodwicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bawariae, eximit curiam monasterii sanctimonialium in Chüebach, sitam in Alkershusen, ratione advocatiae a stiura et herbergis. Datum apud Aychach X. Kal. Martii (20. Feb.). (M. B. XI. 536.).
1282.	Hartmannus, ecclesiae Augustensis Episcopus, Praeposito in Staingaden confert tres curias, dictas Griubenwanch, in parochia Benedictenburen, a fratribus de Riede resignatas. Dat. Augustae X. Kal. Martii (20. Feb.).
1282.	. . . .
1282.	. . . .
1282.	Albertus de Puchperg per manus Ludowici, Ducis Bavariae, Advocati ecclesiae Ensdorfensis, dictae ecclesiae tradit omnes agros, Reutacher nominatos, piscationem unam, silvam apud villam

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Laudum Reimbotonis, Episcopi Eistettensis, et Lupoldi de Wiltingen, in causa Friderici Comitis de Truhendingen, et Agnetis uxoris ejusdem ex una, et monasterii de Halsprunne et Voerchtlini et Hermanni, dictorum Steiner, Civium Norimbergensium, ex altera parte, ob bona in villis Surheim, Rute, Gerwigestorf, Breitenbrunne, Willendorf, Merchendorf, Nuesez, et duas silvas Craftholz et Hohholz. Dat. et act. mense Februarii, primo Sabbato post Dominicam „Invocavit" (21. Feb.), in villa Niedernswaeningen. Testes: Chunradus Cropf de Vestenberg; Burchardus de Saekendorf; Heinricus Pincerna de Arberch.
. . . .	Rudolfus, Romanorum Rex, Friderico Burggravio de Nurenberg, et filio filiaeve ejus, in feudum confert castrum Kulmen (Rauhenkulm, praef. Kemnat) et montem, dictum Kulmen (Schlechten-Kulm). Dat. Wissenburch VIII Kal. Martii (22. Feb.) Ind. X. Regni anno IX. vid. v. *Schütz* l. c. I. 125.

Annus.	Bavarica.
	Wolfspach et jus patronatus in ecclesia dictae villae, cum jure advocatiae, pro LX. talentis Ratisponensibus. Acta VI. Kal. Martii (24. Feb.). (M. B. XXIV. 53. vid. *Meiler* l. c. pag. 348.).
1282.	Approbatur ab Episcopo Ratisponensi Heinrico, sub eodem. (M. B. XXIV. 54.).
1282.	Martinus Papa IV. monasterii de Altha (Niederaltaich) libertates confirmat. Datum apud Urbem Veterem Non. (7.) Marcii. Pontif. anno I. (M. B. XV. 15.)
1282.	. . . .
1282.	Fridericus, Frisingensis Episcopus, Henrico et Watoni de Gekkenpiunt confert omnia feuda, quae Hiltprandus de Jercendorf olim ab ecclesia tenuerat. Dat. apud Lok VIII. Id. (8.) Martii.
1282.	Heinrich Schongawer von Augsburg verkauft an die Gebrüder Langmantel seine XVI. Pfund Berner Gulte, die er vom Bischof zu Augsburg aus dem Zolle zu Clusse (Klause, praef. Sterzing) erhalten. Geschehn Sunntags ze mittere Vasten. (8. März).
1282.	. . . .
1282.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Fridericus de Truhendingen, Comes, Agnesque uxor, arbitrio Reimbotonis, Episcopi Eistettensis, et Lupoldi de Wiltingen, Imperialis aulae Ministarialis, se submittentes, Heinricum Abbatem Heilsbronnensem de receptis juxta formam transactionis CLXV. libris Hallensium, pro bonis in Surheim, absolvunt. Act. sub castro Spilperg. via regia, mense Martio, Sabbato proximo ante Dominicam, qua cantatur Laetare Jerusalem (7. Mart.). Ind. X. Sigillatores: Reimboto, Episcopus; Ludewicus de Oettingen, Bertholdus de Grayphsbach, Comites; Fridericus de Truhendingen et Agnes, uxor sua. Testis: Wernhardus, Notarius.
. . . .	Johannes de Urheim conventui in Ebrach vendit allodium suum in Inferiori Urheim (Untereuerheim). Sigillator: Bertholdus Episcopus Herbipolensis. Datum Herbipoli VI. Id. (10.) Martii. Pontif. Bertholdi anno VIII.
Hartmannus, ecclesiae Augustensis Episcopus, ratum habet, ut Berhtoldus de Bobingen conventui in Caesarea donet curiam unam in Bobingen. Datum et actum Augustae VI. Id. (10.) Martii.	

Annus.	Bavarica.
1282.	. . . .
1282.	Meinhardus, Comes Goriciae et Tyrolis, Kristanum Vullarium, Judicem olim de Bozano, Procuratorem suum generalem nominat. Dat. supra castrum Tyrol, prope domum Dominorum Tarantorum, die Martis XII. intrante (12.) Martio.
1282.	. . . .
1282.	. . . .
1282.	Otto et Hiltprand de Pouchperch consentiunt in fratris eorum, Alberti de Haselpach, venditionem bonorum in Wolfspach (prope Nabburg), cum jure patronatus ecclesiae et advocatiae ibidem, venerabili Gerungo, Abbati Ensdorfensi, pro LX talentis factam. Datum in Puchperch XII. Kal. Aprilis (21. Mart.). (M. B. XXIV. 55.).
1282.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Manegoldus de Nuwenburg, Praepositus et Archidiaconus Herbipolensis, Winrico, Abbati Ebracensi, cedit decima ecclesiae in Gochsheim, ex quibusdam agris curiae in Wiger (Weyer), pro cessis sibi curia Eberhardi, dicti Eisleibe, et manso apud Gochsheim. Datum V. Id. (11.) Martii.
. . . .	Bertholdus, Herbipolensis Episcopus, eidem Abbati vendit omnia bona Episcopatus in Herlheim, excepta Centa, silvamque Hurnawe. Testes: Manegoldus de Nuwenburg Praepositus. Albertus de Thalheim, Decanus. Datum Herbipoli III. Id. (13.) Martii. vid. *Immedietas Ebracensis* p. 251.
Heinrich von Hattenberg verkauft dem Kloster St. Georien zu Augsburg die Vogtei aus zwei Höfen zu Buoch (Buch, praef. Zusmarshausen) und aus einer Halbhube zu Wollamshaussen (Wollishausen). Geschehen an dem dritten Tag vor St. Benedicten Tag (17. März) in Herrn Wolfharts von Rot Husse.	
. . . .	Coram Bertoldo, Comite de Graifspach, Chunradus miles, dictus de Muer, de consensu Heinrici, Episcopi Ratisponensis, Domini sui feudalis supremi, Abbati Haidenheimensi, Eystettensis dioecesis, vendit possessiones quasdam in Trumoldesheim, a dicto Comite Bertholdo in feodo procedentes, easque per alias possessiones-

Annus.	Bavarica.
1282.	. . . .
1282.	. . . .
1282.	Heinricus, Episcopus Ratisponensis, et Chunradus Prior Provincialis fratrum Praedicatorum per Alemaniam, arbitrium suum ferunt super jure Praedicatorum, sepulturam in monasterio suo concedendi. Dat. in Ratispona, feria secunda post Dominicam Palmarum, III. Kal. Aprilis (Paschatis igitur?) (30. Mart.). vid. *Ried.* l. c. num. 612.
1282.	Wernhart von Schowenberch übernimmt den Schirm der Gegend unterhalb Passau bis Efferting, zu Wasser und zu Land, und empfängt vom Bischof Wichart auf die Zeit seiner Schirmung die Burgen Morspach und Wesen. Gethan zu Wienne an dem Eretag in der Osterwochen (31. Mart.).
1282.	. . . .
1282.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
	in Sammenhaim et Rorach recompensat. Testes: Heinricus de Lechesgemunde Plebanus, Notarius Comitis, Eberhardus de Swinisbiunde, Pincerna. Act. et dat. X. Kal. Aprilis (24. Mart.). Ind. X. vid. *Ried* l. c. n. 611.
. . . .	Heinricus, illustris Comitis de Hirzperch Pincerna, dictus de Hofstetten, a Capitulo Eystettensi comparat sibi curiam villicalem in Isenprunne (Isenbrunn, praef. Kipfenberg) sub nomine precariae, consentiente Gebhardo, illustri Comite de Hirzperch. Testis: Fridericus, Judex Eystettensis, dictus Celler. Data et acta Eystett VIII. Kal. Aprilis (25. Mart.).
. . . .	Bertholdus, Herbipolensis Episcopus, Frowino de Heseler pro dextrario, in conflictu apud Binsfeld amisso, quadraginta libras Hallensium promittit, et pro securitate villam Steinbach obligat. Datum Herbipoli in coena Domini (26. Mart.). Pontif. Bertholdi anno VIII.
. . . .	Bobbo, Comes de Durne, cum Agnete de Hohinloch, conjuge sua, vendit Abbatissae Sanctimonialium in Selgendal duas vineas juxta Buchesheim, quod vulgariter dicitur Herlinesberge. Datum apud Meckenmulen, quarta feria post Pasca (1. April.). vid. *Guden* l. c. III. 707.
. . . .	Ulrici, Abbatis in Monte Monachorum Babenbergae, testimonium, quod Fridericus quondam Thelonearius feodum in Huwenhart

Annus.	Bavarica.
1282.	. . . .
1282.	Hainricus, Abbas de Alderspach, cum consensu Domini sui Ebracensis, Hainrico Sartori, civi de Tekkendorf, jure precario confert curiam dimidiam in Wenge, a Domicello de Chirichperg comparatam. Testis: Frater Chunradus de Pogen. Dat. XVII. Kal. Maii (14. April.).
1282.	. . . .
1282.	Wernherus, Abbas Sancti Emmerami, pro debito XXX. librarum sibi remisso, Episcopo Ratisponensi Heinrico anniversaria patris Meinhardi, Comitis de Roteneck, et Beatricis matris celebrare promittit. Dat. et act. Ratisponae in die beati Marci Evangelistae (25. April.).
1282.	. . . .
1282.	. . . .
1282.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
	(Heinarth) monialibus in Marburchhusen legaverit. Datum Kal. (1.) Aprilis.
. . . .	Heinricus, illustris Comitis de Hirzperch Pincerna, dictus de Hofstetten, partem Advocatiae super curia villicali in Isenprunne, Chunrado de Rueshoven oppignoratam, sua pecunia reluit, et Capitulo Eystettensi restituit. Act. et dat. IV. Non. (2) Aprilis.
. . . .	Heinricus de Witansdorf Heinrico, Abbati Hailsprunnensi, vendit bona sua et molendinum in Gerkendorf pro XXVI. Hallensium. Dat XI. Kal. Maii (21. April.). Testes, Cunradus Burcgravius junior de Nurenberg; Ludewicus de Seckendorf; Wernhardus Dapifer; Conradus Notarius; Fridericus Advocatus.
. . . .	Alberti Decani, Capitulique majoris (Herbipolensis), poenarum comminatio contra Canonicos, canonem ex oblationibus suis non solventes. Acta IV. Kal Maii (28. April.).
. . . .	Albertus Senior, et Albertus ac Ulricus Juniores, dicti de Phuenzen, Episcopo Eistettensi obligant pratum suum apud molendinum Almuosenmuel, pro mutuo XII. librarum Hallensium. Acta Kal. (1.) Maii. vid. v. *Falckenstein* S. 76.
. . . .	Bertholdus, dictus Lugelin, Magistro curiae Ebracensium in Elgersheim vendit quoddam nemus juxta villam Vare (Fahr), ad dominium de Castelle, tamquam feudum castrense castri Hallebere pertinens, et Comiti Heinrico in recompensationem feodi offert vineam in monte Vogelsberg. Datum in festo Apostolorum Philippi et Jacobi, Kal. (1.) Maii.

Annus.	Bavarica.
1282.	Hartmannus, Augustensis Episcopus, monasterio in Schonfeld Inferiori appropriat curiam et hubam in Tysenhoven, ab Hainrico nobili, dicto Spetone de Vaimingen, venditam, et Episcopo per curiam in Riethusen, Vetternhof dictam, recompensatam. Actum et datum Augustae VIII. Id. (8.) Maii. (M. B. XVI. 282.).
1282.	Ulrich Watsacher, Purger von Wilheim, leistet Gewähr für daz Gut, daz Niwehaus pei Watsacher, datz er Chunrat dem Schreiber von Pollingen und Herman seinem Bruder von Witolschouen verchauft umb acht Pfunt Muencher Pfenninge. Scriptum et datum in Wilheim. XVI. Kal. Junii (17. Maii.).
1282.	. . . .
1282.	. . . .
1282.	. . . .
1282.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
Petri, Frisingensis Episcopi, indulgentiae pro ecclesia monasterii Ottenburani. Dat. Erbipoli, feria II. Pentecostes (18. Maii.).	
. . . .	Hermannus, civis de Nurnberg, dictus Steinaer, monasterio in Halsprunne donat possessiones suas in Braitenbrunne (Breitenbronn, praef. Herrieden) et in Swaichhusen (Schwaickhausen, praef. Cadolzburg) ad celebrandum inde anniversarium. Dat. in Nurenberch, in curia praedictorum fratrum, praesente Domino Heinrico Abbate, XI. Kal. Junii (22. Maii.). Sigillatores: Bertholdus, Episcopus Babenbergensis; Bertoldus Scultetus et Universitas civitatis Nurenbergensis.
. . . .	Reinboto, Eistettensis Episcopus, litem inter Bertholdum, Abbatem de Wilziburch, et milites de Berhtoldesheim, super quibusdam hominibus propriis, decidit. Act. et datum Eystett VIII. Id. (6.) Junii, Pontif. anno III. vid. *Jungs* Antiquit. monast. in Wilzeburc. pag. 21.
. . . .	Rudolfus, Romanorum Rex, civibus de Rotenburg indulget nundinas, singulis annis habendas, incipientes proxima feria quinta post octavam Pentecostes, et durantes per octo dies continuos. Dat. Hallis VIII. Id. (6.) Junii, Ind. X. Regni anno IX. vid. *Lünig* l. c. Pars spec. Cont. IV. P. II. 335.

Annus.	Bavarica.
1282.	Jacob et Petrus Trautsune tradunt Domino Ortolfo, Abbati Sancti Benedicti in Beuurn, curiam suam in Tiuns. Datum et actum Insprugke, in die beatorum Martyrum Primi et Feliciani (9. Jun.). vid. *Meichelbeck* l. c. num. 121.
1282.	. . . .
1282.	Rudolphi, Romanorum Regis, privilegium exemtionis pro monasterio Waldsassensi. Dat. Wimpinae Id. (13.) Junii, Regni anno IX.
1282.	Heinricus, Ratisponensis Episcopus, confirmat pacta matrimonialia inter Chunradum, filium Roetenbechi, et Mehthildin, filiam Wulponis. Dat. in Teyspach, in crastino Viti Martyris (16 Jun.).
1282.	Meinhardus, Comes Goriciae et Tyrolis, accipit ab Hugone, filio Swikeri de Muntalban, ecclesiam in Sardea. Dat. in castro Tyrol, die Martis ultimo exeunte (16.) Junio.
1282.	Heinricus, Ratisponensis Episcopus, ecclesiae Rorensi appropriat curiam dictam Talhof, ab Hiltprando de Teygeng comparatam, et Advocatiam possessionum Amelstorf, a Chunrado de Hohenvels redemptam. Dat. Ratisponae VIII. Kal. Julii (24. Jun.). (M. B. XVI. 147).
1282.	Pactum inter Ottonem de Amarang et Herwirgem, Abbatissam in Chiemse, super emancipatione ecclesiae famulae, Erntrant. Datum in Sepruck, in die Sancti Udalrici (4. Julii.). (M. B. II. 459).
1282.	. . . .
1282.	. . . .

Alemanica.	Franconica.

Bertholdus, Comes de Greyfspach, confirmat donationem trium curtilium in Woltzershoven, per Gerdrudem de Treugenhoven, ministerialem suam, Trutwino Abbati de Caesarea factam. Datum in Greifspach IV. Id. (10.) Junii.

. . . .

. . . .

Reimboto, Eistettensis Episcopus, confirmat donationem prati Schameraw, per Heinricum de Hofstetten, Pincernam Comitis de Hirzperch, ecclesiae Rebdorfensi factam. Act. et dat. IV. Non. (4.) Julii.

Iringus de Brenden Domino Cunrado de Walhusen, Praeposito in Wechterswinkele, et Sanctimonialibus ibidem vendit partem suam decimae in Wolnach. Acta in octava Apostolorum Petri et Pauli (6. Jul.). Ind. X. Pontif. Bertholdi Episcopi Herbipolensis anno VIII. Testis: Heinricus dictus de Rotencolben, Scultetus.

Annus.	Bavarica.
1282.	. . . .
1282.	Martinus Papa IX. Magistrum Alironem de Rikardis, Canonicum Sancti Marci. de Venetiis, collectorem decimationis pro terrae sanctae subsidio in Salzburgensi Provincia etc. deputat. Datum apud Montem Fiascon. VI. Id. (10.) Julii. Pontif. anno II.
1282.	Bertholdi, Babenbergensis Episcopi, consensu, Wizenensis Abbas bona sua in Wolfsbach commutat cum Abbate Ensdorfensi, pro bonis in Gygans et Wunmar. Dat. et act. in Babenberg, Id. (15.) Julii.
1282.	. . . .
1282.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
Ludewicus, Comes de Oetingen, erga Trutwinum, Abbatem de Caesarea, renunciat omni juri advocatiae, defensionis seu dominii super possessionibus fratrum de Caesarea in Voluelingen Inferiori (Wilflingen). Testis: Fridericus de Maingen Dapifer Comitis. Datum Non. (7.) Julii.	
Hartmannus, ecclesiae Augustensis Episcopus, Trutwino, Abbati de Caesarea, tradit omnes decimationes majores et minores gangriae monasterii in Birkach, pro jure patronatus in Witislingen. Testes: Fridericus de Zolre, Canonicus Capituli Augustensis. Actum publice et datum Augustae cum pleno tractatu in Capitulo Augustensi, in vigilia beati Jacobi Apostoli (24. Julii.).	
Vergleich zwischen Bischof Hartmann zu Augsburg, und der Stadt allda, auch andren Städten und Leuten, wegen des Zolls auf der Wertach Bruck zu Augsburg. Gegeben in der nächsten Wochen nach St. Jacobes Tag (26?) Julii).	

Annus.	Bavarica.
1282.	Ortwinus de Walde ecclesiae Raitenhaslacensi legat duas curias in Vorstarn (Forstern, praef. Mitterkirchen) et unam in Dorfen, pro sui et matris anniversario. Dat. et act. in Raitenhaslach V. Kal. Augusti (28. Jul.).
1282.	Lodwicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, ecclesiae Ratisponensi confert castrum Sigenstein. Dat. Ratisponae IV. Kal. Augusti (29. Jul.). vid. *Ried* l. c. num. 614.
1282.	. . . .
1282.	. . . .
1282.	. . . .
1282.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Cunradus dictus Langermann agrum suum, situm in Vogelstat, permutat cum conventu sororum Sanctae Clarae in Nuremberg pro agro suo in Ettenstatt (praef. Pleinfeld). Datum in die Sancti Laurentii (10. Aug.).
Sifridus miles de Pillenhusen monasterio in Ursberg donat mediam partem mansi in Riden (Ried, praef. Ursberg) et Hirsveld (Hirschfelden, Judicii Edelstetten). Act. Id. (13.) Augusti.	
. . . .	Heinricus miles, dictus Mullo de Stolberg, Winrico, Ebracensi Abbati pro residuo pretio decimarum in Woluesbach (Wolfsbach) et Cotwinsdorf (Kötsch, praef. Burgebrach), ab Abbate Nicolao pridem emtarum, assignat mansum unum in Schoneich (Schöneich, praef. Gerolzhofen), in Mettilsteina (Mittelsteinach, praef. Burgebrach), tertiam partem bonorum in Collotheim (Holitzheim, praef. Volkach) et villam in Inferiori Breitebach (Reppach, vel Breitbach, praef. Sulzheim). Act. in crastino assumptionis Virginis gloriosae (16. Aug.)
. . . .	Cunradus de Gugenberch, Imperii Ministerialis, H... Abbati de Halsbrunne vendit bona et possessiones suas Triuesdorf, (Triesdorf) et in Breitenbrunn (praef. Herrieden), eidemque pro evictione sub nomine vadimonii, Teutonice Versaze, obligat molendinum suum apud Shopfloch et bona in Tienbach. Dat. in octava assumtionis Virginis (22. Aug.). Cum sigillis Friderici Comitis de Truhendingen Agnetisque uxoris. Fidejussores: Ekkehardus de Sunmansdorf; Ekkhardus et Struez, fratres de Sunmansdorf.

Annus.	Bavarica.
1282.	. . . .
1282.	. . . .
1282.	. . . .
1282.	. . . .
1282.	Mainardus, Comes Tyrolensis, Augienses a praestatione telonei de vino ex curia sua apud Attasim eximit. Actum apud Augiense monasterium primo intrante (1.) Septembris Ind. X. (M. B. I. 228.)
1282.	. . . .
1282.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Rudolfus, Romanorum Rex, Conrado, dicto Stromeir, confert officium forestarium nemoris sive foresti apud Nuremberg. Testes: Ludwicus Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae; Wolframus Advocatus de Dornberg. Dat. in castro Fürstenberg VIII. Kal. Septembris (25. Aug.). Ind. X. vid. *Histor. Norimb. dipl.* S. 118.
. . . .	Idem praedicto Stromeier feoda, ab Imperio obtenta, renovat. Testes: iidem. Dat. eodem et ibidem.
. . . .	Cunradus Burggravius de Nurenberg bona monasterii Roggenburg in Chalwensteinberch (Kalbensteinberg, praef. Gunzenhausen) in suam protectiouem assumit. Act. Ulmae Ind. X. Testes: Burchardus, Arnoldus, Luduwicus, fratres de Seggendorf; Wernhardus de Abenberch.
. . . .	Ramungi de Kamerstein literae reversales super receptis feodis ab ecclesia Sancti Emmerami Ratisponensi, jure nimirum patronatus ecclesiae in Ror, dimidia decima ibidem, tribus hubis et tota decima in Gotlsdorf, duabus villis, IV. hubis et tota decima in Erlsbahe; tota decima et duabus hubis in Brunst, decima denique tota et III. hubis in Geheendorf. Datum et actum in die beati Egidii (1. Sept).
. . . .	Cunradus et Heinricus fratres dicti de Salbach, donationem juris patronatus ecclesiae in Salhach (Burgsalach, praef. Weissenburg), per fratrem suum Ulricum, Monachum monasterii in Wilzburg, dicto monasterio factam, roborant. Act. et dat. VIII. Id. (6.) Septembris.
. . . .	Chunradus, dictus Guggenberg, filius Ulrici militis de Schopphelocb, uxori suae, Agneti, pro bonis dotalitiis in villa Triefesdorf

Annus.	B a v a r i c a.
1282.	. . . .
1282.	. . . .
1282.	. . . .
1282.	. . . .
1282.	. . . .
1282.	. . . .
1282.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
	(Triesdorf, praef. Herrieden) monasterio Halsprunnensi pro LXXX. libris Hallensium a se venditis, substituit molendinum apud fluvium Wernzza juxta Schoppheloch, aliaque bona in villa Tymbach. Act. in villa Schoppheloch V. Id. (9) Septembris. Sigillatores: Reimboto, Eistettensis Episcopus; Bertholdus, Comes de Greifesbach; Marquardus, Procurator dicti Guggenberg.
. . . .	Wernheri, Moguntinae Sedis Archiepiscopi, indulgentiae pro fabrica ecclesiae Sanctae Mariae in Onolspach, incendiorum voragine absumtae, ac Canonicorum auspiciis e cineribus resurgentis. Dat. in sancto Concilio Aschaffenburgensi in crastino nativitatis beatae Virginis (9. Sept.).
. . . .	Sifridi Hildesiensis et Reimbotonis Eistetensis Episcoporum indulgentiae pro perficienda domo lapidea monasterii Coeliportae. Datum Aschaffenburc et Herbipoli, IV. Id. (10.) Septembris.
. . . .	Hartmanni, ecclesiae Augustensis Episcopi, indulgentiae pro visitantibus ecclesiam beatae Walpurgis, Sanctimonialium in Eistet. Acta Id. (13.) Septembris.
. . . .	Item Wernheri, Moguntinae Sedis Archiepiscopi, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarii. Eodem.
. . . .	Ludwici, Comitis Palatini Rheni, Ducis Bavariae, consensus, quod Rudolfus, Romanorum Rex, nobili viro Friderico, Burggravio de Nurinberch, villas, Lenkershaim (Lenkersheim, praef. Windsheim), Erlebach (praef. Mkt. Erlbach), et Brucke (praef Erlang) in feudum conferat. Dat. Bohpardie VIII. Kal. Octobris (24. Sept.) Ind. XI.
. . . .	Itidem Sifridi Colonensis, Wernheri Maguntini, Henrici Trevirensis Archiepiscoporum.
Otto, Praepositus sanctimonialium in Wihenberch, Marquardo dicto Wagen-	

Annus.	Bavarica.
1282.	. . . .
1282.	Burchardus, monasterii Heidenheimensis Abbas, Henrico de Rotteneck, Episcopo Ratisponensi, anniversarium suum celebrare spondet. Dat. apud Heidenheim V. Non. (3.) Octobris. vid. *Ried* l. c. num. 615.
1282.	. . . .
1282.	. . . .
1282.	. . . .
1282.	. . . .

Alemanica.

mann tradit jure censuali aream unam in Hirzbach (Hirschbach, praef. Wertingen) et pratum in Undergengen. Acta in die Sancti Michaelis Archangeli (29. Sept.).

. . . .

Heinricus, Marchio de Burgowe, monasterio in Caesarea confert mansum in Oppingen, a milite suo Hartmanno Olmage resignatum. Acta III. Id. (13.) Octobris.

. . . .

. . . .

Cunradus de Risenspurch pro receptis a Romanorum Rege Rudolpho XL. libris monetae Hallensium renunciat advocatiae monasterii de Alchingen (El-

Franconica.

Rudolphus, Romanorum Rex, Friderico, Burgravio de Nurenberch, in feodum confert villas Lenkersheim, Erlbach et Bruck. Act et dat. Poppardiae II. Kal. Octobris (30. Sept.) Ind. XI. Regni anno IX.

Ortlibus Lhuzcover, civis Herbipolensis, monasterio Ebracensi pro ecclesiastica sepultura tradit bona sua in Spizesheim (Spiesheim). Datum in festo beatorum Apostolorum Simonis et Judae (28. Oct.).

Otto de Dietenhoven, Viceiudex Judicis Provincialis Domini sui Friderici, Burggravii de Nurenberg, pronunciat in causa Heinrici, Cellerarii de Halsprunnen, dicti de Bischoffheim, et Hermanni de Eych, ob homines proprios dicti monasterii sibi arrogatos. Dat. Nurenberg in crastino beatorum Apostolorum Simonis et Judae (29. Oct.). Testes: Bertoldus Scultetus de Nurenberg; Rudegerus (Ebnerus) Provincialis Notarius.

vid. *Oetter* II. Vers S. 448.

Annus.	Bavarica.
1282.	Diepoldus, Comes de Ortenberch, ecclesiae Sanctae Mariae de Cella Principis, ordinis Cisterciensis, in proprium dat hubam unam et molendinum in Aisprehtshaim. Act. in Griezpach, in publico placito, pridie Non. (4.) Novembris. (M. B. V. 25.)
1282.	. . . .
1282.	Ludovicus, Bavariae Dux, ecclesiae Eberspergensi tradit Gertrudem, filiam Wigandi, Granatoris in Valchenberg et sponsam Ulrici de Ekkelburg. Dat. in Saelgenstadt, pridie Id. (12.) Novembris.
1282.	Domicellus, Prior ecclesiae Scotorum, foras civitatem Ratisponensem ad Consecratum Petrum demorans, confert Hainrico Fabro Ratisponae, dicto Hofherz, curiam suam in Chollenberch. Acta in die beati Bricii Episcopi (13. Nov.).
1282.	Heinricus, Episcopus Ratisponensis, castrum Sygenstein, ab Henrico Seman pro CCXXXVII. libris emtum, feodali titulo transfert in avunculum suum, Chunradum de Ernvels, pro CLXXXVII. libris. Datum Ratisponae, XVIII. Kal. Decembris (14. Nov.). vid. *Ried* l. c. num. 616.
1282.	Heinricus, Langravius de Leuckenberge, filius Gebhardi, Ludovico Duci, et Mechtildi, uxori ejusdem, consentiente Friderico fratre juniori, vendit partem Comitiae suae in Liukenberge, Judicium et Conductum annexum, quae sibi patria successione contigerunt, pro CXC libris denariorum Ratisponensium. Scriptum Nappurch in octava beati Martini (18. Nov.).

Alemanica.	Franconica.
chingen), et ecclesiarum Lucrum et Westersteten. Dat. et act. Ulmae, in domo Ottonis dicti uf dem Stege. Ind. XI. in vigilia omnium Sanctorum (31. Oct).	
. . . .	Bertholdus, Comes de Greyspach, de consensu uxoris suae Elizabet, Bertholdo, Abbati Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum in Wilzeburch, vendit Curiam Pontis, situm in Bubenheim (praef. Weissenburg) ipsumque pontem cum fundo ejusdem. Actum in vigilia omnium Sanctorum (31. Oct.) Mawenheim. Testes: Fridericus Dapifer de Greyspach; Cunradus Minister de Wizenburch et Heinricus Scriba. Datum apud Greyspach VI. Id. (8.) Novembris. vid. v. *Schütz* l. c. S. 128. n. 95.

Annus.	Bavarica.
1282.	Heinricus, Ratisponensis Episcopus, ex feodis sibi per mortem Alberti de Saerching vacantibus, filiae ejusdem Elizabeth LX. libras denariorum Ratisponensium pro sustentatione et in dotalitii subsidium assignat. Datum Ratisponae XIII. Kal. Decembris (19. Nov.). vid. *Ried* l. c. num. 617.
1282.	. . . .
1282.	. . . .
1282.	Bruno, Brixinensis Episcopus, Sweichero, civi ante Portam, ortum, sive pomoerium juxta Pvolonem situm, ad vitae tempus adjudicat. Testis: Magister Heinricus Medicus. Acta die Sabbati ante festum Sancti Andreae (28. Nov.), in Palatio Episcopatus.
1282.	Hainricus de Mindelperg monasterio in Staingaden tradit curiam unam praedii sui in Traunricht. Dat. Mindelheim, in vigilia Sancti Andreae Apostoli (29. Nov.). (M. B. VI. 540.).
1282.	Isentrudis, conjux Friderici Landgravii de Leukenperge, monasterio in Waldsassen cedit jure suo advocatiae in villis monasterii. Dat. Hornstain, feria IIIa. post Nicolai (8. Dec.).
1282.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Gottfridus de Heidekke monasterio in Halsprunne appropriat piscinam circa villam Lutstorf (Leutzdorf, praef Schwabach), a fideli suo, Ramungo de Kammerstein, dicto monasterio per testamentum legatam. Act. et dat. in claustro Halsprunne, proxima sexta feria ante festum Catharinae (20. Nov.). Testes: Wol. Advocatus de Dornberg; Gunzelinus de Lihtanawe, miles; Gotfridus de Heidekke; H.., Abbas de Halsprunne.
. . . .	Laudum in causa Eystettensis Capituli ex una, et Cunradi, Burggravii de Nurenberch, ex altera parte, super impetito jure patronatus parochialis ecclesiae de Pfaffenhoven (praef. Pleinfeld, prope Roth).. Acta in claustro Halsprunnen, in die Clementis (23. Nov.). Praesentibus: Gotfrido de Hohenloch; Gotfrido de Haidekke; Wolframo, Advocato de Dornberch; Lodewico de Seckendorf; Heinrico Pincerna de Arberch.
Ulricus, Minister Lindaugensis, consulesque Lindaugienses conventui sororum in Lindaugia, dicto an dem Stege, agnoscunt immunitatem, a Rudolpho Rege indultam. Datum et actum XVII. Kal. Januarii, (16. Dec.). Ind. XI.	. . . .

Annus.	Bavarica.
1282.	. . . .
1282.	Rudolfi Regis et Ludewici Ducis conventio super pace conservanda in Bawaria et Swevis. Dat. Augustae IV. Kal. Januarii (29. Dec.).
1282.	. . . .
1282.	. . . .
1282.	. . . .
1282.	Heinricus, Praepositus de Bernried, annuit connubio Geisulae, famulae monasterii in Furstenfeld, cum uno ex hominibus suis.
1282.	Ulricus Dapifer de Eckmuel filio suo Liebhardo, Plebano in Ahbach, tribuit facultatem redimendi Advocatiam in Gundolshusen pro XIV. libris Ratisponensibus.

Alemanica.	Franconica.

. . . .

Relicta de Bickenbach gibt uf allez daz Her Friderich der Ritter von Heidebach ce kovffenne gegeben hat dem Tuchenhus (Tuzhenhus) van Mergentheim, in den Hof ce Rorbach (Röllbach, praef. Klingenberg) eine Mule an der Ahhe und swaz darzue horet. Gegeben dem Morgen nach Cristes Geburte (26. Dec.) tusent jar und schock tri (i. e. 1282. sofern das Jahr mit Weihnachten anzufangen).

Rudolphus Romanorum Rex possessiones, a monasterio Schoenfeldensi ex bonis Imperii sibi comparatas, confirmat. Dat. Augustae III. Kal. Januarii (30. Dec). Ind. XI. Regni X.

Comes Albertus de Hohenberg Wolfhardum de Rothe, Canonicum Augustensem, in advocatia monasterii de Allchingen (Elchingen) ecclesiarumque Lucrum et Westersteten, defendere spondet. Dat. Augustae feria quinta ante circumcisionem domini (31. Dec.). Ind. XI.

. . . .

Berchtoldus, Episcopus Herbipolensis, Friderico et filio suo Johanni, Burcgraviis de Nurenberg, et filiabus eorum in feodum confert Advocatiam in Bernheim (Burgbernheim), a Friderico Comite de Truhendingen comparatam. Datum MCCLXXXIII. in Swarzenowe, proxima feria quinta ante circumcisionem Domini (31. Dec. 1282.).

Annus.	B a v a r i c a.
1282.	. . . .
1282. circiter.	Fridericus de Housekke in casu, si sine haeredibus decesserit, Henrico Ratisponensi Episcopo legat castrum suum datz dem House (in Austria). vid. *Ried* l. c. num. 618.
1283.	Heinricus, Landgravius de Leukenberg, Reinbottoni, Eistettensi Episcopo, cuncta quae ab eo in feudum tenuit, resignat. Datum in civitate Egra VI. Id (8.) Januarii. vid. *v. Falckenstein* l. c. 77.
1283.	Fridericus, Landgravius de Liukenberge, Ludovico Duci pro MCC. libris denariorum Ratisponensium vendit Landgraviam suam, judicium et conductum, titulo feudi Ducalis possessum, cum castro Waldeck eaque, quae sunt feuda Imperii, remittit Dietrico et Heinrico fratribus de Wildenstein et Ulrico Ma escalco de Lengenfeld, qui eadem Duci pro duobus millibus librarum obligant. Testes: Rapoto, Comes de Ortenberch; Chuno, Ducis Notarius; Sprintzo Marescalcus, cum Ingramo fratre; Ulricus de Rorenmos, Vicedominus. Datum in Ingolstadt IV. Id. (10.) Januarii.
1283.	. . . .
1283	. . . .
1283.	Heinrich von Saechsinhausen schenkt den guten Vrowen zu Altenhohenawe seinen Hof zu Geren. Geben ze München an dem Lichtmesse Tage (2. Feb.).
1283.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
Heinrich der Vraz von Wolfsperg verkauft an das Kloser Oberschönfeld einen Hof zu Wolfspach (praef. Zusmarshausen) und den Heselbach bei Münster. Zeugen: der alte Markgraf Heinrich von Burgau und sein Sohn.	
. . . .	Wignandus de Burglin monasterio Halsprunnensi resignat jus in bonis suis, prope cimiterium in villa Burglin (Burglein, praef. Heilsbronn). Dat. et act. in conversione Sancti Pauli (25. Jan.). Sigillatores: Heinricus et Hiltiboldus de Solzburch.
. . . .	Bertholdus Herbipolensis Episcopus ecclesiae majori in subsidium praebendarum donat parochiales ecclesias Brozoldesheim et Gochesheim. Datum pridie Kal. Februarii (31. Jan.). Pontif. Bertholdi anno IX.
. . . .	Heinricus de Richenbach, senior, legatum defuncti fratris sui, Conradi, ex bonis sitis in Tambach (Dambach, praef. Wassertrüdingen)

Annus.	B a v a r i c a.
1283.	. . . .
1283.	. . . .
1283.	. . . .
1283.	. . . .
1283.	Marquardus dictus Luzelmann coram Conrado de Lutperch quosdam agros in Gailchingen Monasterio Ensdorfensi resignat. Dat. in Veldorf IV. Id. Februarii (10. Feb.). (M. B. XXIV. 55).
1283.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
	pro monasterio Halsprunnensi approbat. Act. II. Non. (4.) Februarii. vid. v. *Falckenstein* S. 78.
Cunradus de Lutzingen Trutwino, Abbati monasterii Caesariensis, tradit hubam et domum Cunradi Stromair in Tapfheim, a Degenhardo de Eglingen prius coëmtam. Testis: Cunr. Judex dictus Neller. Dat. et act. pridie Non. (4.) Februarii.	
Cunradus de Lutzingen monasterio Caesariensi vendit hubam Lutzingen. Testis: Reinwardus Officialis. Dat. et act eodem.	
Martinus Papa IV. confirmat donationem loci Heselbach, ab Heinrico Gula de Wolfsperch monialibus in Schoenfeld factam. Datum apud Urbem Veterem VI. Id. (8) Februarii.	
. . . .	Bertholdus, Herbipolensis Episcopus, Heinrico de Steinach confert molendinum extra villam Steinach (Obersteinach, praef. Burgebrach), ab Herbordo Teiler de Hasefurth resignatum. Dat. Herbipoli in octava purificationis (9. Feb.). Pontif. anno IX.
. . . .	Bernoldus de Schwarzach, civis Herbipolensis, Sanctimonialibus in Coeliporta legat curiam suam zur Frowen, vineta in Novo Monte, in Lapide, et apud Rossberg. Actum in die Sancti Valentini (14. Feb.).

Annus.	Bavarica.
1283.	Pilgram von Valchenstain macht sich und sein Schloss dienstbar dem Bischof Gottfried von Passau und seinem Hochstift. Dat. XII. Kal. Martii (18. Feb.).
1283.	. . . .
1283.	Fridericus, Dapifer Bertholdi, magnifici Comitis de Greifesbach, Trutwino Abbati Caesariensi vendit praedium suum in Michelnhart. Testes: Eberhardus Pincerna de Swininsbionde; Marquardus de Gansheim, Ministerialis Comitis. Dat. et act. IV. Non. (4.) Marcii.
1283.	. . . .
1283.	Fridericus, Landgravius de Liukenberg, bona a fratre Gebhardo, quondam Landgravio, sibi pro CXX. marcis argenti, Egrensis ponderis, obligata, Ludovico Duci donat et resignat. Datum Ratisponae Dominica „Invocavit.“ (7. Mart.). (Loca ipsa enumerantur in v. *Lang* Jahrbücher ad hunc annum).
1283.	Gebhardi, Episcopi ecclesiae Lavantinae, indulgentiae pro ecclesia Sanctae Mariae in Fürstenzell. Dat. Salzburg XVII. Kal. Aprilis (16. Mart.).
1283.	Chunonis et Ottonis, fratrum de Walde, juratoria protestatio, Abbati de Raitenhaslach facta, de non vendendo castro suo in Walde (Wald, praef, Burghausen). Acta XVI. Kal. Aprilis (17. Mart.).
1283.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Conventus Sanctae Agnetis Herbipoli comparat curiam apud Bibergau, curiam Elephantis dictam. Actum et datum Sabbato post Petri Cathedra (26. Feb.).
Wernherus, filius quondam Ulrici de Münster, Trutwino, Abbati de Caesarea, vendit tres homines suos proprios in Geriut, pro tribus libris denariorum Augustensium et VII. maltris. Testes: Heinrich de Turnecke; Reinhardus, Rector Scolarum in Werde; et Ulricus Officialis de Munster. Dat. et act. IV. Non. (4.) Marcii.	
. . . .	Bertholdus Herbipolensis Episcopus, Clemenze, Abbatissae in Wechterswinkel, appropriat decimam in Wolpach, ab Iringo de Brenden venditam. Datum Herbipoli Kal. (1.) Aprilis, Pontif. anno IX.

Annus.	Bavarica.
1283.	. . . .
1283.	. . . .
1283.	Hartmannus, Augustanus Episcopus, ecclesiae de Schonvelt Inferiori, sub Gertrudi Abbatissa, incorporat parochialem ecclesiam in Tulingen, monialibus cum jure patronatus, ex donatione Ludwici Ducis, pridem adpertinentem. Datum Augustae IV. Non. (2.) Aprilis. (M. B. XVI. 284.).
1283.	Heinricus, Palatinus Comes Rheni, Dux Bavariae, coenobio in Alderspach concedit immunitatem ab herbergis aliisque exactionibus Advocatorum, eorumque placitis. Dat. Burghausen, feria VI. ante diem Palmarum (5. April.). (M. B. V. 387.).
1283.	. . . .
1283.	Leonis, Chalamonensis Episcopi, indulgentiae pro monasterio in Pollingen. Datum in Urbe, in domo Vicecancellarii, pridie Id. (12.) Aprilis. Pontif. Martini IV. anno III.
1283.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
Heinricus Junge, civis in Bofphingen, Trutwino Abbati de Caesarea vendit molendinum, vulgariter Berckmül, super fluvium Chessel. Testes: Conradus Decanus de Bophingen, Marquardus de Flochberk, Miles et Liber; Dominus Cunr. filius suus; Sifridus, Minister de Nördlingen; Berhtoldus, Minister de Bophingen. Dat. Kal. (1.) Aprilis.	
Ludewicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bawarie, Abbati Trutwino de Caesarea confert piscinam in Danubio juxta villam Altoltsheim, a Friderico Dapifero Comitis de Greysbach resignatam. Dat. Kal. (1.) Aprilis.	
. . . .	Cunradus Ablosarius, Domus Hospitalis Sancti Johannis Baptistae in Herbipoli Commendator, cum matronarum Elizabeth et Wintrudis pecunia comparat proventus ex bonis Bertholdi Gerwere in Witoldshusen (Weigoltshausen). Datum feria tertia ante Ramos Palmarum (6. April.).
. . . .	Theoderici in Hohenberc et Hermanni, Comitis junioris de Hennenberg, consensu, Ulricus, dictus Crue, fratribus Sancti Johannis Herbipoli vendit bona sua in villa Husen (Hausen), cum homine

Annus.	B a v a r i c a.
1283.	Macrobius, Abbas Scotorum Sancti Jacobi Ratisponae, vendit Abbatissae sanctimonialium in Puelnhoven praedia sua in Munichriut, in Chanstaein, et in Windin. Dat. et act. Ratisponae VIII. Kal. Maii. (24. April.).
1283.	. . . .
1283.	. . . .
1283.	. . . .
1283.	. . . .
1283.	Constitutio Alberti, Ducis Austriae et Styriae, de non alienandis bonis monasterii Alderspacensis. Dat. Wienne III. Non. (5.) Maii.
1283.	Ludovicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, ad oblagiam monasterii in Undisdorf delegat jus patronatus ecclesiae in Herishusen. Datum Monaci Non. (7.) Maii. (M. B. XIV. 162.).

Alemanica.	Francónica.
	suo proprio ibidem. Acta pridie Idus (12) Aprilis. Consensus Hermanni Comitis junioris de Hennenberg. Datus in septimana Paschae.
. . . .	Fridericus, Burggravius de Nurenberch, Capitulo Babenbergensi pro Duce quondam Meraniae promittit II. libras denariorum monetae Babenbergensis, annuatim ex teloneo in Beûerrut (Baireuth). Dat. Dominica „Quasi modo geniti“ (25. April.).
. . . .	Cunradus, Burgravius de Nurenberch, acceptas fert CCL. libras Hallenses ab ecclesiae Eystettensis Canonicis pro recuperatione juris patronatus parochiae in Phafenhoven (Pfaffenhofen, prope Roth, praef. Pleinfeld) sibi debitas. Actum in crastino Marci Evangelistae (26. April.), sigillante Abbate de Halsprunn.
Sifridus Schütze de Munster Trutwino, Abbati de Caesarea, tradit hubam unam in Binswangen. Testis: Reinwardus, Minister de Werde. Datum in Werde IV. Kal. Maii, (28. April.) Ind. XI.	
. . . .	Fridericus, Comes de Truhendingen, monasterio in Wilzeburch, ordinis Sancti Benedicti, donat jus proprietatis possessionum apud Wethesahaim, (Wettelsheim, praef. Heidenheim), ab Alberto et Chunrado de Emmendorf hucusque in feudo acceptum. Dat. et act. in Sulnhoven, III. Kal. Maii (29 April.).

Annus.	Bavarica.
1283.	. . . .
1283.	Confirmatum per Hermannum Augustensem Episcopum. Datum Augustae V. Id. (11). Maii. (M. B. XIV. 161.).
1283.	Heinricus Saco, Scolarum Rorensium Doctor, Reimaro, Praeposito Rorensi, ad oblagiam offert sex libras Ratisponensium, pro comparanda curia in dem Tal. Acta in ecclesia Rorensi XV. Kal. Junii (18. Maii.).
1283.	. . . .
1283.	Fridericus, Abbas Schyrensis, Ludovico Smergincelle vendit praedium in Randolzried. Actum et datum in Schyren, in dominica „Vocem jucunditatis“ (23. Maii.).
1283.	. . . .
1283.	Hartmannus, Augustensis Episcopus, indulgentias Leonis, Chalamonensis Episcopi, monasterio in Pollingen largitas, confirmat. Datum Augustae IX. Kal. Junii (24. Mai.).

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Mechtildis, Relicta nobilis viri quondam Bopponis Comitis de Wertheim, Rudolfus Comes de Wertheim et Mezza uxor ejus, sanctimonialibus in Coeliporta vendunt decimas majores et minutas in villa Gruzen. Testis: Dominus Hilteprandus, Abbas de Brunnebach. Acta apud Wertheim, feria sexta proxima post inventionem Sanctae Crucis (7. Maii.).
Wolfhardus, Canonicus ecclesiae Augustensis, monasterio monialium Sanctae Margarethae Augustae assignat annuos redditus XXV. librarum Augustensium in villa Eppispurch (praef. Dillingen), confirmante Hartmanno, Augustensi Episcopo. Datum Augustae XI. Kal. Junii (22. Maii.).	
. . . .	Hermannus, Abbas Sancti Stephani apud Herbipolim, Domui Theutonicorum Herbipoli vendit redditus bonorum Gotfridi Betelmann in villa Ippensheim. Sigillatores: Bertholdus Episcopus Herbipolensis; Manegoldus Praepositus. Acta in Capitulo Sancti Stephani, Dominica „Vocem jucunditatis" (23. Maii.).

Annus.	Bavarica.
1283.	. . . .
1283.	. . . .
1283.	. . . .
1283.	Ulricus Loter de Schawenstein, Abbatissae monasterii de Poulenhoven vendit curiam suam in Haetzenhoven (Haizenhofen, praef. Burglengenfeld ?) Dat. et act. II. Non. (4.) Junii.
1283.	. . . .
1283.	. . . .
1283.	Bischof Emicho von Freysingen verleiht dem Grafen Meinhard von Görz und Tyrol zu dem halben Theil an der Burg Eurs (Eyres bei Schanders) im Vinschgeu, welchen ihm Bischof Fridrich nach dem Absterben der Grafen von Mosburg zu Lehen gegeben, auch noch den andern Theil. Act. an dem Urvar zu Tarzzen an der Saw, Montag vor Johann Baptisten. (21. Jun.).

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Bertholdus, Babenbergensis Episcopus, XII. fratribus sedium in Babenberg appropriat molendinum inferius et agrum in Drosendorf (praef Bamberg). Act. et dat. Babenberg III. Kal. Junii. (30. Maii.).
Ulrich von Schoenegg verkauft seine Lehen zu Gezertshusen (Gessertshausen), die Herr Siboto und Herr Johann, de Schongawer, Bürger von Augsburg, von ihm zu Lehen hatten, dem Domkapitel in Augsburg. Geschehn in dem Mien (Mai) Monat.	
. . . .	Bertoldi, Babenbergensis ecclesiae Episcopi, indulgentiae pro ecclesia iu Sulnhofen. Dat. Kal. (1.) Junii. Ind. XI. vid. v. *Falckenstein* Urkunden S. 81. n 76.
. . . .	Capitulum ecclesiae Eystetensis Domino O.... Praeposito suo, locat fructus ecclesiae suae in Phaphenhoven (praef. Pleinfeld) per sex annos continue sequentes. Act. et dat. Eystet II. Non. (4.) Junii.
. . . .	Pax et Concordia inter Hermannum et Bopponem, filium ejusdem, Comites de Hennenberg, et Bertholdum Episcopum Herbipolensem, mediantibus utriusque partis adjutoribus, Domino scilicet Bertholdo, Episcopo Babenbergensi, nobili viro Gotfrido de Hohenloch et Herdeino de Grindelach, atque utrinque in securitatem datis castris, Giersberg nempe ab Episcopo, Steinach a Comitibus. Actum apud Brappach feria quarta post Viti (16. Junii.).

Annus.	Bavarica.
1283.	. . . .
1283.	. . . .
1283.	. . . .
1283.	. . . .
1283.	. . . .
1283.	Bernardi, Plebani ecclesiae de Schutenhoven, Pragiensis dioecesis, literae plenae potestatis pro Petro de Praga, Plebano in Antiqua Praga, in causa contra conventum de Windeberge. Actum et datum Pragae VIII. Kal. Julii (24 Junii.).
1283.	. . . .
1283.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Bertoldus, Babenbergensis Episcopus, Hospitali apud Sanctum Martinum in Babenberch appropriat bona in Erlach juxta Stetevelt (Stettfeld, praef. Eltmann), ab Heroldo de Trunstat ad manus Friderici Theloniarii, civis Babenbergensis, resignata. Datum Babenberch X. Kal. Julii (22. Junii).
Capitulum ecclesiae Augustensis villico, dicto Bruningen, jure censuali confert dimidium mansum in Geuszershusen (Gessertshausen). Acta X. Kal. Julii (22. Junii.).	
. . . .	Bertholdi, Herbipolensis Episcopi, indulgentiae pro monasterio Sanctae Mariae in Coeliporta. Datum Herbipoli in vigilia Johannis Baptistae (23. Junii.) Pontif. Bertholdi anno IX.
. . . .	Wolframus et Hertwicus, fratres de Shakan, monasterio Ebracensi appropriant bona prius coëmta in Dingelshusen. Datum Johannis Baptistae (24. Junii.).
. . . .	Bertholdus, Episcopus Herbipolensis, Cunegundim, Relictam.... dicti de Owrheim, absolvit de censu annuo praetenso, ad curiam in Randersakker, cognominatam Velletor, monasterio in Halsprunne venditam. Testis: Cunradus Pincerna. Dat. et act. die beati Johannis Baptistae (24. Junii.) Pontif. anno IX.
. . . .	Ludewicus, Comes de Otingen, ecclesiae in Wilzeburc donat bona in Wetelsheim (praef. Heidenheim), quae Ulricus de Mittelburc ab ipso in feodum tenuit. Dat. in vigilia beatorum Petri et Pauli (28. Junii).
. . . .	Waltherus, Decanus Novi Monasterii, fratribus Hospitalis Sancti Johannis Herbipoli satisfacere promittit ex legatis Magistri

Annus.	Bavarica.
1283.	. . . .
1283.	. . . .
1283.	Berhtoldus, Comes de Greifspach, Trutwino, Abbati de Caesarea, vendit curiam suam in Wilheim, et pro evictione praedia sua in Flabsheim obligat. Testes: Fridericus miles, Dapifer Comitis; Eberhardus Pincerna Comitis. Dat. in octava Apostolorum Petri et Pauli (6. Julii.).
1283.	Ludovicus, Dux Bavariae, Advocatus monasterii Seon, commendat fratres ibidem discretioni suorum fidelium. Datum Monaci VI. Id. (9. Julii).
1283.	Heinricus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, capitulo Ratisponensi tradit jus patronatus et advocatiae capellae Sancti Georii prope Chambiam. Dat. Ratisponae IV. Idus (12.) Julii. vid. *Ried* l. c. num. 619.

Alemanica.

Coram Hartmanno, ecclesiae Augustensis Episcopo, Hainricus Sengen, sacerdos, et Sifridus, frater ejus, erga monasterium de Caesarea renunciant praetensis juribus suis in quadam curia Stricherinhove, in Niederntarhein, in duabus areis Eberhardi et Waltheri de Turhain, in agris in Biersperch et sylva Westerholz, in quatuor Tagewerch, in prato quondam Ulrici de Turhein, et VIII. Tagewerch in prato Witawe, et duobus Tagewerch in prato Zundergengin, et uno, quod dicitur Vaselerstagewerch, sito in Zemhalsohtenpiuge. Testis: Ulricus, Kamerarius Episcopi, de Wellenburch. Act. et dat. IV. Non. (4.) Julii.

. . . .

Franconica.

Heinrici de Breitingen, pro fabrica ecclesiae monasterii. Datum in Capitulo in crastino Apostolorum Petri et Pauli (30. Junii.).

Cunradus de Tecke damna, in officiis Buetert et Retersheim Capitulo Novi Monasterii illata, intra certos terminos compensanda suscipit. Datum feria tertia ante Kyliani (6. Julii.).

Annus.	Bavarica.
1283	Eberhardus de Neumburch miles, coram Henrico, Duce Bavariae, vendit Henrico, Episcopo Ratisponensi, omnem posteritatem Hetzerii, Officialis quondam in Ergoltspach. Dat. Ratisponae IV. Id. (12.) Julii. vid. *Ried* l. c. num. 620.
1283.	. . . .
1283.	Heinricus, Ratisponensis Episcopus, testatur, Chunradum de Ernvels ecclesiae in Puelnhoven donasse curiam suam Albrechtshoven (forsitan Albershofen, praef. Riedburg?). Dat. Ratisponae II. Id. (14.) Julii.
1283.	Rudolphus, Romanorum Rex, confirmat bona monasterii Waldsassensis in villis Windrebe et Pidel. Dat. in castris ante Paterniacum. Id. (15.) Julii. Ind. XI. Regni anno X.
1283.	. . . .
1283.	Philippus de Waldeck ecclesiae Sancti Johannis Baptistae in Pechharting confert feodum quoddam secus Rotam situm, Sundernrot nuncupatum. Acta in II. vespera Sancti Jacobi Apostoli (26. Julii) ante altare Sancti Johannis Baptistae in Beyharting. (M. B. V. 468.)
1283	Coram Rapotone, Comite de Ortenberch, nobilis vir Albertus de Igelpach ecclesiae Sanctae Mariae Virginis in Furstencell cedit quadam possessione, dicta Tobel, juxta Holzheim. Dat. VII. Kal. Augusti (26. Julii). (M. B. V. 26.).
1283	Ratisponensis Capituli Statuta. Data et acta Ratisponae VI. Kal. Augusti (27. Julii).
1283.	Pactum fraternitatis inter Capitulum Ratisponense et Rudpertum, Magistrum fraternitatis Sancti Nycolai. Datum et actum ibidem et eodem. vid. *Ried* l. c. num. 622.

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Rudolfus, Scolasticus et curiae Herbipolensis Officialis, Ludewicum, filium Marquardi de Tungeden, compellit ad restituenda Domui Hospitalis Sanctae Mariae Teuthonicorum Herbipoli bona in villa Zuzeleiben (Zeuzleben). Lata est sententia in crastino Sanctae Margarethae Virginis (13. Julii.).
. . . .	Wernherus, Sanctae Maguntinae sedis Archiepiscopus, Herbordo, Capellano capellae suae apud Vivarium in dotem tradit decimam apud Vivarium, ab Heinrico dicto Ruschebusche comparatam. Datum apud Aschaffenburg XV. Kal. Augusti (18. Julii.).

Annus.	Bavarica.
1283.	Wernherus, Abbas ecclesiae Richenwacensis, decimam per villam Rein (Rain, praef. Waldmünchen), a Rudigero de Haucendorf Episcopo Ratisponensi refutatam, et religiosis in Schoental donatam fuisse testatur. Datum in Reichenwach IV. Kal. Augusti (29. Jul.).
1283.	. . . .
1283.	Gebhardus, Landgravius de Leukenberg, Ratisponae in die beati Stephani Papae, recepta aliqua pecuniae summa, se Rainbottoni, Episcopo, feoda sua resignasse profitetur. Dat. et act. Ratisponae III. Non. (3.) Augusti. vid. v. *Falckenstein* l. c. 81.
1283.	. . . .
1283.	. . . .
1283.	. . . .
1283.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
Sifridus Schutze de Munster Trutwino, Abbati de Caesarea, vendit mansum unum in Merislingen. Dat. in Werde Kal. (1.) Augusti.	
. . . .	Coram Heinrico, Regalis Aulae Marscalco, dicto de Pappenheim, Heinricus, miles, dictus de Altheim, Abbati in Wilzburch donat possessionem suam, ab antiquo feodum de Althaim nuncupatam. Dat. et act apud Pappenheim, V. Id. (9.) Augusti.
. . . .	Coram Alberto, Decano Haugensi, per fideicommissarios Rudolphi Custodis, Vicaria Sancti Petri fundatur et ditatur proventibus allodii in Rotendorf et decima in Lengfeld. Datum et actum pridie Id. (12.) Augusti, praesentibus Domino Manegoldo Praeposito, Alberto Decano.
. . . .	Bertholdus, Comes de Graefesbahc, ecclesiae in Wilzburc donat feodum in Wethelshain (Wettelsheim), illius de Altheim dictum. Datum apud Gundelzhain XV. Kal. Septembris (18. Aug.).
. . . .	Wernherus, dictus Nutzel, civis Nurnbergensis, ad monasterium Halsprunnense legat V. hubas in Haegendorf, curiam juxta Windespach, curiam in Stadelen (Stadeln, praef. Gunzenhausen) et curiam in Sperbersloch. Dat et act. Nurnberch XIV. Kal. Septembris (19. Aug.). Sigillatores: Ludewicus Comes de Oetingen;

Annus.	Bavarica.
1283.	. . . .
1283.	. . . .
1283.	Otto, Diezzensis ecclesiae Praepositus, Beurensi monasterio tradit Liukardem puellam, filiam Hainrici Pachriters, concivis in Diezzin, in concambium cujusdam feminae Berthae, uxoris quondam Hainrici de Mischenriet. Acta V. Kal. Septembris (28. Aug.).
1283.	. . . .
1283.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
	dericus de Truhendingen; Bertholdus, Scultetus et Marquardus, frater suus, dictus Pfincinge. vid. v. *Falckenstein* l. c. S. 82.
. . . .	Rudegerus miles, dictus de Sparnechge, ecclesiae Langheimensi tradit villam suam, dictam Wolbrantruet (Wölpersreut, praef. Kulmbach). Act. in octava assumtionis S. Mariae (22. Aug.). Testes per speciales literas, sub eodem dato: Eberhardus de Blassenberg, et Albertus, dictus Henlin.
. . . .	Heinricus de Wechmar, Archidiaconus ecclesiae Herbipolensis et Rector parochialis ecclesiae in Melrichstadt, monasterio in Wechterswinkel vendit redditus ex curia in Hochheim, et pro resarcitione eorum parochiae in Melrichstadt assignat molendinum suum proprium ante portas Mellrichstadt. Datum Herbipoli in crastino Bartholomaei (25. Aug.) Pontif. Bertholdi anno IX.
. . . .	Albertus, Praepositus monasterii in Sulenhoven, Cunrado, dicto Puzzo, vendit mansum Juttae in Langenaltheim (praef. Heidenheim), ad reluitionem duorum calicum duarumque crucum argentearum, collectoribus pro terrae sanctae subsidio oppignoratarum. Act. et dat. in Sulenhoven, Ind. XI. vid. *Jungs* Miscell. II. pag. 127. v. *Falckenstein* l. c. S. 81. n. 77.
. . . .	Coram Bertoldo, Episcopo Bambergensi, Comes Heinricus de Castel, cum Adelheide uxore, renunciat omni juri in homines, possessiones et bona Friderici Burggravii de Nuremberg, cum promisso de non alienando castro Castell, et Halleberch (Hallburg, praef. Volckach) sine licentia speciali soceri sui, praedicti Burggravii. Dat. et act. Wachenrode Kal. (1.) Septembris.

Annus.	Bavarica.
1283.	. . . .
1283.	Heinrici, Ratisponensis Episcopi, indulgentiae pro monasterio Sancti Nicolai. Dat. Pataviae in nativitate Virginis gloriosae (8. Sept.).
1283.	Heinricus Dux, qui sexta feria post assumtionem beatae Virginis Mariae (21. Aug.) de judicato parendo cavebat, nunc iam compromittit in Heinricum, Ratisponensem, Gotfridum Pataviensem Episcopum, et Mainhardum, Comitem Tirolis, ceu Judices, in quaestione sua contra Albertum, Ducem Austriae, super castris Niwenburch, Libera Civitate (Freystadt in Austria), Muthausen (prope Ens) et Chlingenberg, Ottoni filio, pro dote quondam uxoris suae, Alberti sororis, pignoris titulo obligatis. Dat. sub castro Sterchenberg, in exaltatione Sanctae Crucis (14. Sept.).
1283.	. . . .
1283.	Arbitri supradicti judicium suscipiunt. Dat. apud Sterchenberg XIV. Kal Octobris (18. Sept.).
1283.	Sententia arbitrorum, ut Dux Henricus restituat dicta castra et munitiones, acceptis III. millibus marcarum argenti Viennensium. Dat. ibidem et eodem.
1283.	Gotefridus, Pataviensis Episcopus, Abbati in Raytenhaslach duorum talentorum salis semel in anno, et victualium ex Austria liberum transitum promittit, in Patavia et in Obernberg. Dat. Pataviae VI. Kal. Octobris (26. Sept.). (Similiter Wernherus Episcopus. MCCLXXXIX. Non. (5.) Augusti).
1283.	. . . .
1283.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Juta, dicta de Sturze, Dominae Gertrudi, Abbatissae in Sconenouwe, curiam suam post mortem delegat. Acta feria tertia, vigilia nativitatis beatae Virginis (7. Sept.).
. . . .	Fratris Al., Episcopi in Insula Sanctae Mariae, indulgentiae pro capella corporis Christi in Rotenburg. Datae in crastino exaltationis Sanctae Crucis (15. Sept.).
. . . .	Heinricus de Pokkespere, homo liberae conditionis, Abbati monasterii beatae Mariae Virginis in Ahusen donat curiam suam in Westheim (praef. Heidenheim). Act. et dat. in Werdea V. Kal. Octobris (27. Sept.). Sigillantibus: Heinrico, Abbate Sanctae Crucis in Werdea; Ottone, viro nobili de Wellewart.
Coram Heinrico, Marchione de Burgau, fratres Caesarienses de curia sua in Herzpach, ex donatione Heinrici, strenui militis, quondam Dapiferi de Culntal,	

Annus.	Bavarica.
1283.	Jordanus, Abbas monasterii montis Syon, quod Ztrahaw nuncupatur, Pragensis dioecesis, Judex delegatus, conventum monasterii Windberg et Magistrum Bernardum Phisicum, Plebanum ecclesiae in Schutenhofen, ejusdem Pragensis dioecesis, de litigioso jure patronatus ejusdem ecclesiae in Schutenhofen amicabiliter componit. Acta in octava beati Michaelis (6. Oct.), in Capitulo Praedicatorum Pragae Ind. XII.
1283.	. . . .
1283	. . . .
1283	. . . .
1283.	Rudolphus, Romanorum Rex, Hartmanno de Ratzenhusen obligat redditus trium marcarum de steura in Reesheim. Dat. in castris ante Paterniacum Id. (15.) Octobris.
1283.	. . . .

Alemanica.

acquisita, redimunt reditus et census, ad Ulricum Marquardum, Heinricum et Albertum fratres, dictos Schaden, devolutos. Testes: Ulricus, Minister; Wernherus Cancellarius Marchionis. Dat. et act. Kal. (1.) Octobris.

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

. . . .

Franconica.

Heinricus, Pincerna illustris Domini Comitis Gebhardi de Hirzperch, advocatiam curiae villicalis in Isenbrunne (praef. Kipfenberg) transfert in capitulum Eystet, et Chunrado de Ruegshoven in recompensationem tradit curiam in Ruegshoven (Rudertshofen, praef. Beilengries?) Act. et dat. Eystet, Non. (7.) Octobris.

Heinricus, dictus Cloppher, monasterio in Ebera offert bona sua in Suntheim (Mönchsontheim, praef. Iphofen). Act. et dat. VI. Id. (10.) Octobris. Testes: Volkelinus Magister montium; Thecmarus Scriptor civium; Cunradus Longus Scriptor.

Capitulum ecclesiae majoris Babenbergae Canonicis festum celebrationis et assumtionis Episcopi die Nicolai relaxat pro summa XXIV. librarum Hallensium, ad sacrarium solvenda. Dat. et act. in Choro Sancti Georii in Babenberg, in vigilia beati Galli (15. Oct.).

. . . .

Berchtoldus, Babenbergensis ecclesiae Episcopus, avunculo suo, Friderico Burggravio de Nurenberch, confert feoda, ipsi per Gebhardum felicis recordationis Comitem de Hyrzberch vacantia, exceptis feodis castrensibus et Manlehen in Austria. Dat. Wiennae XV. Kal. Novembris (18. Oct.). vid. v. *Schutz* l. c. S. 129.

Annus.	Bavarica.
1283.	. . . .
1283.	Albertus de Straubing, Heinrici Ducis Vicedominus, emtam a monasterio Niederaltacensi advocatiam villarum Aenabrucke (Arnbruck, praef. Viechtach), Weizzenregen et Hauenperg. post mortem suam in celebrationem anniversarii sui dicat. Testes: Otto junior, Dux; Magister Fridericus, Protonotarius; Heinricus de Mosdorf, Magister Curiae; Dominus Carolus de Rain, frater Alberti Vicedomini. Datum in crastino *Lucis* Evangelistae (19. Oct.).
1283.	. . . .
1283.	. . . .
1283.	. . . .
1283.	. . . .

Alemanica.

. . . .

Rudolfus, (Ludovicus?) Comes de Oettingen, monasterio in Caesarea appropriat hubam Gusinhuebe in Luzciugen, per Ulricum de Vaimingen venditam, et ab Hainrico milite de Rosenstein resignatam. Acta apud Wallerstein, in die undecim millium Virginum, XII. Kal. Novembris (21. Oct.).

Martinus Papa IV, monasterium de Wltenbach (Fultenbach) ordinis Sancti Benedicti, Augustensis dioecesis, in protectionem suam suscipit. Dat. apud Urbem Veterem VI. Kal. Novembris (27. Oct.). Pontif. anno III.

. . . .

. . . .

Franconica.

Ulricus nobilis de Sluzelberc et Hedewigis uxor, cum consensu filii eorum Eberhardi, vendunt monasterio Ebracensi bona praedictae villae pro LVI libris Hallensibus. Dat. in die Lucae Evangelistae (18. Oct.). Fidejussores: Cunradus, Burkgravius de Abenberg; Eberhardus de Sluzelberc; Heinricus Comes de Castele.

Bertholdus, Episcopus Herbipolensis, fratribus Sancti Johannis Herbipoli appropriat duas partes decimae in villa Bibergau, ab Heinrico milite dicto Wolvolt venditas. Datum Herbipoli in die Sancti Martini Episcopi (11. Nov.). Pontif. Bertholdi anno IX.

Rimboto, Episcopus Eistettensis, Albertum, Praepositum monasterii in Rebdorf, Castellanos quoque et cives in Wazzertruhen.

Annus.	Bavarica.
1283.	. . . .
1283.	Chunradus de Paulstorf monasterio Waldsassensi donat quatuor curias in villa Bischofsdorf juxta Lowe, excepta sylva Pannawe. Dat. et act. in Nabburg in crastino Elisabet (20. Nov.).
1283.	. . . .
1283.	. . . .
1283.	Perhtoldus, Custos Sanctorum Udalrici et Afrae, Hiltibrando villico confert curiam suam in Ergesingen (Aresing, praef. Schrobenhausen). Acta VI. Kal. Decembris (26. Nov.). (M. B. XXII. 228.).
1283.	Hainricus, Palatinus Comes Rheni, Dux Bawariae, ecclesiae de Prufning remittit jus de Chalichgrube, vel proprietatem loci calcis coquendae in Oberndorf. Datum in Prufning, dominica ante festum beati Andreae (28. Nov.). (M. B. XIII. 231.).
1283.	Engelhardus de Reichenbach Trutwino, Abbati de Caesarea, tradit curiam unam in Westerhoven. Datum in dominica prima Adventus domini (28. Nov.).

Alemanica.	Franconica.
	dingen, super damnis et injuriis illatis dicto monasterio, in pascuis memorato castro Wazzertruhendingen conterminis, amicabiliter componit, sub fidejussione Chunradi Frikkonis, militis in Wazzertruhendingen. Act. et dat. Eystett Id. (13.) Novembris. vid. *Schöpperlin* historische Schriften II. 374.
. . . .	Fratris Inzilerii, Buduensis Episcopi, vices Herbipolensis Episcopi gerentis, indulgentiae pro altari beatae Virginis in cripta ecclesiae Sancti Sebaldi Norimbergae. Dat. in Babenberg XV. Kal Decembris (17. Nov.).
. . . .	Mehtildis, Relicta Ekhardi Keser, et Cunradus dictus Gleser, legitimi conjuges, monasterio Ebracensi pro sepultura ecclesiastica delegant omnia bona sua. Datum et actum Dominica proxima post octavas Sancti Martini (21. Nov.).
. . . .	Albertus, dictus Rindesmuel de Werdenfels, monasterio Hailsprunnensi legat possessiones suas in Gerlichsdorf (Gerbersdorf?), molendinum novum, piscinam dictam Alteweier et tres areas in Mungenawe. Dat. et act. apud Nurenberg X. Kal. Decembris (22. Nov.). Sigillator: Fridericus Burggravius Senior de Nurenberg.

Annus.	Bavarica.
1283.	Heinricus, Palatinus Comes Rheni, Dux Bawariae, Ulrico Abbati in Prufning remittit annuam praestationem dimidiae carratae vini ex vinetis in Oberndorf. Datum Ratisponae, in die beati Andreae Apostoli (30. Nov.).
1283.	Heinrici, Episcopi Ratisponensis, et Friderici Burggravii de Nuernberch arbitrium super causis et quaestionibus inter illustres Dominos Lodwicum et Heinricum, Duces Bavariae. Datum Ratisponae, in die beati Andreae (30. Nov.). vid. *Ried* l. c. num. 623.
1283.	Reinboto, Eistetensis ecclesiae Episcopus, confirmat donationem hubae in Burchmanshoven, a fratre suo Reinbotone monasterio in Caesarea pro remedio Heinrici filii sui factam. Datum Moernsheim Novembris.
1283.	Berhtoldi, Comitis de Greifspach, consensu, Marquardus dictus (de Gansheim?) Ministerialis suus, conventui de Caesarea vendit praedium quoddam zu dem Gereute. Testes: Fridericus, Dapifer Comitis; Eberhardus de Swinispiunde Pincerna. Datum Kal. (1.) Decembris.
1283.	. . . .
1283.	. . . .
1283.	. . . .

Alemanica.	Franconica.

Hiltebrandus, Marscalcus Imperialis Aulae, dictus de Papenheim, Trutwino, Abbati de Caesarea, remittit jus Advocatiae super huba monasterii in Raumeltsriet. Testes: Heinricus, Notarius Marscalci; Cunr. de Trohtelvingen. Datum in crastino Sancti Andreae Apostoli (1. Dec.).

. . . .

Bertholdus Herbipolensis Episcopus fratribus Domus Hospitalis Sancti Johannis in Herbipoli appropriat decimam in Buchele (Büchold), a vasallo Episcopatus, Ludewico de Rezzestat, comparatam. Datum Herbipoli IV. Non. (2.) Decembris. Pontif. Bertholdi anno IX.

. . . .

Monasterium Sanctae Felicitatis in Schwarzach monasterio Eberacensi appropriat decimam per totam marchiam villae Suntheim (Mönchsontheim), curiam decimatoris ibidem, ac decimam villae desertae Bulach, a Bertholdo dicto Kilholz pro C.C.LXXX. libris Hallensium comparatam. Dat. Herbipoli in vigilia beati Thomae Apostoli (20. Dec.).

Annus.	Bavarica.
1283.	Emichonis, Frisingensis Episcopi, indulgentiae pro parochiali ecclesia Sancti Petri in Monaco. Datum in Monaco XIII. Kal. Januarii (20. Dec.). (M. B. XIX. 2.).
1283.	Hartmannus, Augustensis Episcopus, conventui in Furstenvelt ecclesiam in Holenpach, a Ludovico Duce donatam, committit. Act. et dat. Augustae, in vigilia beati Thomae Apostoli (20. Dec.). (M. B. IX. 104.)
1283.	Luitholdus et Heinricus, fratres de Chunringen, arbitrium proferunt super saltu quodam, Neudowe (Neidau) dicto, inter monasteria Raisenhaslacense et Wilhering ex una, et Heinricum dictum Meigers, ex alia parte petito. Dat. et act. Ind. XI. Epacta XX. Concurrente IV.
1283.	Gotfridus, Pataviensis Episcopus, conventui Sanctae Mariae de Fürstencelle, Cisterciensis ordinis, concedit immunitatem a teloneis Pataviensibus. Dat. Pataviae. (M. B. V. 26.).
1283.	Dietricus de Haehsenacker coenobio Biburgensi in concambium tradit duo praedia sua Stainsdorf et Perchausen, pro quodam praedio desolato, Holzern, nominato. Act et dat. Ind. XI.
1283.	Waltherus Pferinarius de Stain Biburgensi Coenobio tradit pratum suum Wakkerstein. Testes: Otto de Stain; Ulricus filius ejus; Eberhardus et Heinricus milites, fratres sui; Chunradus Nix, miles de Abensperch. Act. et dat. Ind. XI.
1283.	. . . .
1283.	Eberhardus miles de Shonegge, Romanorum Regni Ministerialis, Dietrico, Praeposito in Staingaden, vendit bona sua in Superiori villa Ursingen, cum jure patronatus et dote.
1283.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Adelheidis, dicta de Beierbach, Oblaria Sanctae Mariae in Kitzingen, Engelhardo de Sulzveld, dicto Hepelin, confert vinetum marchiae et situs Cruze, et aliud in antiquo monte, dictum Babenberger.
. . . .	Reinboto, Episcopus Eystettensis, ordinis Teutonicorum Hospitali Sanctae Mariae Jerosolimitanorum incorporat antiqua praedia monasterii in Sweinfurt, eujus fundus sibi proprietatis jure pertinebat, sub Benedicti Regula huc usque minus provide administrata, reservatis sibi feodis, Manlehen dictis. Stipulatores: Fr. Mathias, Praeceptor Alemaniae, vices Magistri Generalis gerens; Dietricus, Magnus Praeceptor Achonensis; Chunradus de Fuochtwang, Provincialis Franconiae, et Hermannus de Munrichstatt, Commendator

Annus.	Bavarica.
1283.	. . . .
1283. circiter.	E. . . . . die Abtessinne von Bulnhoven eignet und wechselt das Gut datz Kruckenwerg (praef. Wörth) an Bruder H. . . . . den Porsen, umb datz Gut datz Kirsenholz.
1284.	. . . .
1284.	. . . .
1284.	Alberti, Goriciae et Tyrolis Comitis, consensu, fratres de Schonecke Ottiliae, Abbatissae monasterii in Dünenburg, resignant Advocatiam montis in Geder, in villa Alfreit. Act. et dat. in Dünenburg die VII. (7.) intrante Januario.
1284.	Otto, Comes de Orlamunde, monasterio Lancheimensi appropriat mediam villam, nomine Igelsgeruot (Igelsreut, praef. Tirschenreut), ab Eberhardo Foerschone cum decima sibi resignatam, et dicto monasterio pro XL. taleutis venditam. Act. XIV. Kal. Februarii (19. Jan.) in die beatae Julianae Virginis.
1284.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
	in Swinfurt. Testis: Heinricus Pincerna de Hofstetten. Actum et datum apud Eystett. vid. v. *Falckenstein* Cod. dipl. 79.
Rudolph, miles de Ridegg, leprosis Lindaugiae vendit curiam suam Lochin. Testis: Ulricus, Minister Lindaugiensis.	
Diepoldus Gusso, miles de Stronburk, bonum quoddam, dictum Zinslehen in Tischenhoven, confert Berengero, villico ibidem. Acta sunt haec strata publica Laugingen in circumcissione domini (1. Jan.).	
. . . .	Theodericus et Otto Flosculi, fratres, conventui Ebracensi remittunt impetita bona et mansionem in castro Spiesheim, Burgsaze dictam. Sigillator: Albertus Decanus ecclesiae Herbipolensis. Datum in octava Sancti Johannis Apostoli et Evangelistae (3. Jan.).
Ekkehardus, Abbas ecclesiae Elwacensis, monialibus in Schonevelt Superiori, Ordinis Cisterciensis, confert titulo feodi censualis, Zinslehen vulgariter	

Annus.	Bavarica.
1284.	. . . .
1284.	Dietricus de Paumgarten monasterio Alderspacensi tradit possessiones suas Austriacas in Hentzing et Neusidl. Dat. III. Kal. Februarii (30. Jan.). (M. B. V. 390.).
1284.	Concordia Ludovici et Heinrici fratrum Duc. Bav. anno MCCLXXXIII. sancita, prorogatur per Vicedominos utriusque partis usque ad festum beati Martini. Ratisponae II. Kal. Februarii (31. Jan.). vid. *Ried.* l. c. num. 624.
1284.	Heinricus, Ratisponensis Episcopus, jus patronatus in Sitleinstorf, inter Heinricum, Ducem Bavariae, et nobilem virum Ulricum de Lapide contentiosum, et renunciatum, confert ecclesiae Rorensi, illudque cum ecclesia Sanctae Mariae (Semerskirchen) in unum beneficium conjungit. Dat. et actum Ratisponae Kal. (1.) Februarii. (M. B. XVI. 148.)
1284.	. . . .
1284.	. . . .
1284.	Berhtoldus, Comes de Greyfspach, cum Elyzabet conjuge sua, Trutwino, Abbati de Caesarea, vendit bona quaedam in Wilheim. Testes: Fridericus, Dapifer Comitis; Eberhardus de Swinisbiunde Pincerna; Heinricus Wielant Ministerialis; Fridericus Venator. Dat. VI. Kal. Marcii. (24 Feb.).

Alemanica.	Franconica.

nominati, possessiones quasdam in Munster, iuxta fluvium Zusme. Act. et dat. VIII. Kal. Februarii (25. Jan.).

. . . .

Judices Augustensis Curiae conventui de Caesarea in caussa contra Marquardum Nigrum de Horburch adjudicant agrum quemdam apud Horburch, in loco Gotzdemburgeliu. XI. Kal. Marcii (19. Feb.).

Heinricus Marchio de Burgawe monasterio in Staingaden tradit proprietatem bonorum in Bechsteten, quae Counradus de Haldenberch in feodum tenebat. Dat. et act. Albechgen XIII. Kal. Martii (22. Feb.). (M. B. VI. 542.).

Bertholdus, Herbipolensis Episcopus, monasterio sanctimonialium in Frowenrode appropriat mansum in Mahtolshusen (Machtilshausen), ab Alberto de Obersvelt coenobio dicto donatum. Datum Herbipoli, in octava Agnetis (28. Jan.). Pontif. Bertholdi anno X.

Annus.	Bavarica.
1284.	Witegaws miles, dictus Taininger, Wernardo Praeposito in Raitenbuch cedit curia sua in Birchenanch, in monte apud Chasten, pro bonis monasterii in Niderhausen. Testis: Ulricus, dictus Pullinger, Advocatus in Schongau. Actum et datum Wilhaim V. Kal. Martii (25. Feb.).
1284.	Wernhardt und Heinrich, Brüder von Schownberch, verleihen dem Gotshause ze Alderspach die freie Fuhr seines Salzes, Weines und Getraides bey Ascha. Gegeben ze Schowen am Sanct Matthias Tag (25. Feb.). (M. B. V. 392.).
1284.	Raimarus, Praepositus Rorensis ecclesiae, Pertoldo villico de Curia locat curiam in Scheftal, a Tuta, vidua Cuonradi villici, ibidem resignatam. Datum V. Non. (3.) Martii.
1284.	. . . .
1284.	Heinricus, Ratisponensis Episcopus, jus patronatus ecclesiae in Wolfspach, ab Alberto de Puchperg Ensdorfensibus venditum, in ecclesiam Sancti Jacobi in Ensdorf cum omnibus pertinentiis transfundit. Acta III. Non. (5.) Martii. vid. *Ried* l. c. num. 625.
1284.	Wenceslaus, Dominus et heres Regni Boëmiae, confirmat Ottocari antecessoris privilegia sub anno MCCLX. monasterio Waldsassensi data. Dat. Pragae per manum Magistri Welizlai Prothonotarii, pridie Non. (6.) Martii. Ind. XII.
1284.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Fridericus de Spiezesheim et Heinricus de Bernrode sanctimonialibus in Schonouwe, ordinis Cisterciensis, per manus Bertholdi Episcopi Herbipolensis vendunt allodium suum in Hessedorf, cum quodam feodo et area molendini ibidem. Testes: Ulricus Capellanus Episcopi; Siboto de Walhusen Dapifer; Richolfus de Bobert, Spisarius Episcopi. Datum Herbipoli IV. Non. (4.) Martii, Pontif. Bertholdi anno X.
. . . .	Bertholdus, Herbipolensis Episcopus, sanctimonialibus in Coeliporta appropriat decimas in villa Gruzen (Greussenheim), a nobili viro Rudolfo, Comite de Wertheim, et Relicta fratris sui, Comitis Bopponis, illis venditas, sibique pro recompensando feodo nonnullos mansos et curias in Tuetenbrunnen (Duttenbrunn) offerendas excipit. Datum Herbipoli sexta feria ante dominicam „Oculi" (10. Mart.).

Annus.	Bavarica.
1284.	Coram Heinrico, Ratisponensi Episcopo, Heinricus et Hermannus de Helmsreut fratres renunciant omni actioni, quam ad ecclesiam Sanctae Mariae in Puelnhoven habuerunt super jure patronatus parochiae in Puelnhoven. Testis: Chunradus de Hohenvels. Dat. Ratisponae V. Id. (11.) Martii.
1284.	. . . .
1284.	Hainricus, Prior in Sewen, Hainrici Ratisponensis Episcopi, nobilis Comitis de Roteneck, anniversarium post mortem celebrare spondet. Acta in die Sancti Gregorii (12. Mart.). vid. *Ried* l. c. num. 626.
1284.	. . . .
1284.	Leonis, Episcopi Chalamonensis, indulgentiae pro monasterio Pollingen. Datum in Urbe in domo Viceecancellarii, Idus Martii (15. Mart.). (Confirmatum per Hartmannum, ecclesiae Augustensis Episcopum, Augustae III. Non. (3.) Junii.).
1284.	Lodwicus, Dux Bavariae, tabernam suam apud Ilmünster (praef. Pfaffenhoven) cum curia dicta Chastenhof, ecclesiae ibidem resignat, pro curia quadam in Reichartshoven. Testis: Eberhardus de Curia, Magister Curiae Ducissae. Act. et dat. apud Monacum per manum Magistri Chunradi, Notarii Ducis, Canonici Sancti Andreae Frisingae, XIV. Kal. Aprilis. (19. Mart.).
1284.	. . . .

Alemanica.

. . . .

Conradus, miles de Scheppach, et Adelheidis uxor sua, invicem sibi stipulantur, quod decedente uno conjuge superstes alter sine consensu Trutwini, Abbatis de Caesareo, debeat supersedere testari de bonis. Datum et actum in crastino beati Gregorii Pape (13. Mart.).

Coram Hartmanno, ecclesiae Augustensis Episcopo, Dietr. de Altheim, dictus Haggenberger, Trutwino Abbati de Caesarea vendit curiam quandam in

Franconica.

B. .. Decanus, totumque Capitulum ecclesiae Onolsbacensis, Wolframo,. Advocato de Dornberg promittunt, cessantibus sacris in ipsa ecclesia Capitulari, quotidie se missam cantandam per Vicarium esse procuraturos in capella Sancti Martini, ab Advocato ipso dotata, sibique in sepulturam electa. Dat. et act. in die Sancti Gumberti. (11. Mart.).

Annus.	Bavarica.
1284.	. . . .
1284.	. . . .
1284.	Heinricus de Wilheim Trutwino Abbati de Caesarea tradit curiam Sturlini villici in Vlabshein. Testes: Fridericus miles, Dapifer de Greifspach; Rudolfus miles de Kallentin; Gebhardus Advocatus de Maunheim. Datum in Caesarea, Kal. (1.) Aprilis.
1284.	F.... Landgravius de Leukenperge beatae Mariae in Waldsassen donat curiam in Albernreut, qua ab Imperio fuerat infeudatus. Act. et dat. VI. Id. (8.) Aprilis.
1284.	. . . .
1284.	Confirmante Heinrico, Palatino Comite Rheni, Duce Bavariae, Magister Hertwicus, Capellanus Ducis et Canonicus Pataviensis, tradit ecclesiae in Fürstencelle curiam in Puebing, ab Hartliebo, filio Marchardi p. m. Marschalci Heinrici Ducis comparatam. Datum in Landaw, dominica, „Quasi modo genitia (16. April.). (M. B. V. 27.).

Alemanica.	Franconica.
Steinheim, juxta Diligen. Testes: Ruodolfus de Althein miles; Arnoldus Camerarius de Wellenburch; Sifridus de Alt, hein dictus Medinger; Reinboto de Althein dictus Aychler; Marquardus de Scheppach; Walterus Minister de Dilingen, dictus Krode. Act. et dat. proxima secunda feria post dominicam Laetare (20. Mart,).	
. . . .	Richardus et Siburgis domui Sancti Johannis Herbipoli vendunt annuam pensionem in villa Grumbach. Sigillator; Mauegoldus de Nuwenburg, Praepositus et Archidiaconus Herbipolensis. Datum Sabbato, quo cantatur „Sitientes," (25. Mart.). Pontif. Bertholdi Episcopi Herbipolensis anno X.
. . . .	Bertoldus, Herbipolensis Episcopus, Gotfrido de Hohenloch obligat castrum suum Frankenberg (praef. Uffenheim) pro XL. libris Hallensium et C. marcis argenti. Act. Herbipoli, dominica, qua cantatur „Judica me Domine" (26. Mart.). Pontif. anno X.
. . . .	Domina Elizabeth, mater Helfandi de Bibergouwe, et Otto Petri, civis Herbipolensis, coenobio Sanctae Agnetis Herbipoli resignant omue jus in curiam Elephantis in Bibergau. Actum et datum feria secunda post diem Paschae (10. Apr.).

Annus.	Bavarica.
1284.	Fridericus, miles de Gunzelhoven, ecclesiae beatae Mariae in Fürstenfeld dicat post mortem suam curiam parvam in villa Gunzelhoven, a viris nobilibus de Gegenbunt sibi comparatam. Actum et datum in Furstenfeld XIV. Kal. Maii (18. April.). Ind. XII.
1284.	. . . .
1284.	Ulrici de Aichaim consensu Wernhardus de Hurenbach ecclesiae in Staingaden vendit curiam unam in villa Wiht. Dat. mense Aprilis. (M. B. VI. 540.).
1284.	. . . .
1284.	. . . .
1284.	. . . .
1284.	Emichonis, Frisingensis Episcopi, indulgentiae pro monasterio in Pettendorf (praef. Neuburg), in subsidium ecclesiae suae noviter construendae. Dat. in Frisinga III. Non. (5.) Maii.
1284.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Chunrad Knoller von Gansheim verkauft an Frau Agnes, Marquarts von Trugenhofen Wittwe, seinen Zehntantheil zu Langenaltheim (Dominii Pappenheim), von den Herzogen zu Baiern wegen ihrer Herrschaft Graispach zu Lehen rührend. Mitgesiegelt von Graf Götz von Wartstein, seinem Bruder (Castellano forsan vel Burggravio?) Datum in vigilia beati Georii (22. April.).
. . . .	Albertus et Alheidis dicta Prisingin, residentes in Luringen (Lauringen), coenobio sanctimonialium in Marburgehusen donant hortum, dictum Centgarten in Luringen, consensu nobilium virorum, Comitis Bopponis de Hennenberg et Cunradi de Wilperc. Actum in festo Philippi et Jacobi (1. Maii.).
Ulricus, Gula de Wolfsperch, Trutwino, Abbati de Caesarea, confert dominium duorum curtilium in Althein, quae Ulricus de Frauderthoven ab eo tenuit. Datum in Caesarea Kal. (1.) Maii.	
. . . .	Bertholdus, Herbipolensis Episcopus, bona feodalia in Eisfeld Kunegundi, nepti defuncti Rudolfi de Eisfeld, ejusque marito, Alberto, fratri quondam Brunonis de Irmoldeshausen, renovat. Datum Erbipoli in inventione Sanctae Crucis (3. Maii). Pontif. Bertholdi anno X.
. . . .	Heinricus et Hilteboldus de Lapide in monasterium Halsprunnense transferunt omne jus dominii, ipsis in bona Wignandi de

Annus.	Bavarica.
1284.	. . . .
1284.	. . . .
1284.	. . . .
1284.	Coram Hainrico, Comite Palatino, Duce Bavariae, Hainricus de Ulrain Hartwico, Canonico Pataviensi, vendit possessiones suas in Moutzen, ad subsidium monasterii in Fürstenzelle. Dat. Wolfstain, in die beati Pancratii (12. Maii.).
1284.	. . . .
1284.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
	Burgelin (Bürglein), competens. Datum et actum II. Non. (6.) Maii, in die Johannis Apostoli ante Portam latinam.
. . . .	Mandatum Martini Papae IV. ad Praepositum ecclesiae Eystettensis, ut bona alienata monasterii in Wilzburc, ordinis Sancti Benedicti, revocari procuret. Dat. apud Urbem Veterem Non. (7.) Maii. Pontif. anno IV.
Martinus Papa IV. Abbati Conrado de Ottenburum ad triennium committit defensionem monasterii Sanctorum Udalrici et Afrae Augustae. Dat. apud Urbem Veterem Non. (7.) Maii. Pontif. anno IV.	
Dietricus, Abbas monasterii Sanctorum Udalrici et Afrae, matrimonium inter Irmengardin, filiam villici de Schembach, monasterio praedicto, et B. de Buech, ecclesiae in Niwenburch appertinentem, ratum habet. Dat. et act. Augustae VI. Id. (10.) Maii.	
. . . .	Idem monasterium in Hausen (Auhausen) sub protectione Apostolica suscipit. Dat. apud Urbem Veterem Id. (15.) Maii, Pontif. anno IV.
. . . .	Bertoldus, Herbipolensis Episcopus, vendit Bertoldo, dicto de Hohinloch, militi, Adelhaidique uxori, curiam in Ippenshaim, (Ippesheim, praef. Uffenheim). Dat. Herbipoli feria secunda ante ascensionem Domini (15. Maii). Pontif. anno X.

Annus.	Bavarica.
1284.	Martinus Papa IV. Praepositum ecclesiae Ratisponensis judicem delegat in causa monasterii in Waldsassen contra injuriantes Heinricum de Plawe, Heinricum de Wida et Heinricum de Gera, dictos Advocatos, Heinricum de Wildenvelz juniorem, Theodoricum de Rechenberc, Gebehardum de Valkenberg et Ottonem de Plawa, milites, et Theodoricum Spatzmann Laicum. Dat. apud Urbem Veterem Id. (15.) Maii, Pontif. anno IV.
1284.	Fridericus, Landgravius Leuchtenbergensis, Friderico Burggravio Norimbergensi confert omnia feoda, dicta Manns-Lehen, exceptis duobus castris Werdenberch et Bliestein, iisque feudis, quae jacent infra III. milliaria circa Nabburch. Dat. et act. in Peirueth, (Baireuth) IV. Non. (2.) Junii. vid. *v. Schütz* l. c. S. 130.
1284.	Idem Episcopo Ratisponensi resignat omnia feuda, dicta Mann-Lehen, Friderico Burggravio Norimbergensi, avunculo suo, conferenda. Datum in Baieruet feria VI. infra octavam Pentecostes (2. Junii). vid. *Ried* l. c. num. 628.
1284.	Bertholdus, Episcopus Babenbergensis, omnia feoda dicta Mann-Lehen, a Friderico Lantgravio de Leukenberch resignata, denuo confert avunculo suo Friderico Burggravio de Nurenberch. Datum Reut (Baireuth), sabbato infra octavam Pentecostes, quod est III. Non. Junii (3. Junii.)
1284.	Conradus Phaffus de Grifenstein pro dote uxoris suae acceptas fert a Meinhardo Comite Goriciae et Tyrolis C. libras denariorum ex teloneo in Meran. Dat. in Tyrol III. (3.) intrante Junio.
1284.	. . . .
1284.	. . . .
1284.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Conradus, filius dicti Vuhselin de Inferno, civis Herbipolensis, conventui ad Sanctam Agnetem restituit domum in Porta Lignorum. Actum tertia feria post octavas Pentecostes (6. Junii).
. . . .	Alberti, Decani ecclesiae majoris Herbipolensis, testimonium, quod possessores curiarum Rannenberg et ad Sanctum Gallum, Nicolao debeant mensam ministrare. Actum sexta feria post octavam Pentecostes (9. Junii.).
. . . .	Otto dictus Vulpes monasterio in Marburghausen resignat jurisdictionem in decimam curiae, sitae in Valle Sanctae Crucis. Datum et actum in Gnezgau, feria secunda post Barnabae Apostoli, (12 Junii).

Annus.	Bavarica.
1284.	Friderici, Electi Curiensis, indulgentiae pro ecclesia Filigunthoven (monasterii Wessebrunnensis.) Datum in castro Montis Sancti Petri, undecimo exeunte (20.) Junio.
1284	. . . .
1284.	Bruno, Episcopus Brixinensis, Dominae Elisabethae, uxori quondam Friderici de Pongartaer, in securitatem dotalicii XV. marcarum transmittit curiam in Schaeres, in qua est turris murata, Chunrado Gigario oppignoratam. Act. Brixinae in Capella Sanctae Mariae, in vigilia Apostolorum Petri et Pauli (28. Jun.).
1284.	Ekhart von Tann vermacht seine zwey Güter zu Chirchperch (Kirchberg praef. Lauffen) zu einem Seelgeräth an das Kloster Raitenhaslach. Gegeben an Sanct Peters und Pauls Tag (29. Jun.).
1284.	Wolricus de Aichaim Praeposito in Staingaden confert curiam in Wicht, a Werenhardo milite de Hurenbach refutatam. Dat. et act. Kal. (1.) Julii.
1284	Hartwicus, Episcopus Augustensis, conventui in Staingaden donat ecclesias in Ursingen Superiori et Inferiori. Act. et dat. Augustae VI. Non. (2.) Julii. (M. B. VI. 543.).
1284.	Rudolfus, Romanorum Rex, omnia feoda, dicta Mannlehen, quae Fridericus Landgravius de Leuchtenberg ab Imperio Romano tenuit et resignavit, Friderico Burggravio Norimbergensi in feudum denuo concedit. Datum Basileae Non. (7.) Julii, Ind. XII. Regni anno XI.
1284.	. . . .
1284.	Heinricus, Ratisponensis Episcopus, Capitulo Ratisponensi pro CLIII. libris tamquam debitor obligatus, in satisfactionem deputat quosdam redditus in Aufhausen, Petzchoven, Advocatiae in Weltenburch, ecclesiae in Gekking, donatque insuper ad Altare beati Petri Advocatias in Essenbach

Alemanica.	Francónica.
. . . .	Indulgentiae Romanorum Episcoporum pro monasterio Sanctae Mariae Virginis in Ahusen. Dat. apud Urbem Veterem VI. Kal. Julii (26. Junii). Pontif. Martini Papae IV. anno IV.
. . . .	Reinboto, Eystettensis Episcopus, canonem annuum C.C. caseorum, sibi a monasterio in Halsprunne ex possessionibus in Steinberch debitum, pro tradita sibi villula Roetenbach (praef. Leutershausen) remittit. Act. in villa Hage juxta castrum Arberch, V. Id. (11.) Julii. Testes: Heinricus Pincerna de Arberch; Rudegerus Marschalcus; Rudegerus et Fridericus fratres sui, dicti de Dietenhoven, milites.

Annus.	Bavarica.
1284.	et Ergoltspach, per mortem Cunradi Comitis Mosburgensis vacantes, sub conditione anniversarii celebrandi pro Meinhardo, avo suo et Agnete, avia. Datum Ratisponae IV. Idus (12.) Julii. vid. *Ried* l. c. num. 629.
1284.	. . . .
1284.	. . . .
1284.	. . . .
1284.	Chunradi de Schonenstein consensu Hainricus de Ampruke, Rector ecclesiae in Leucendorf, transfert in ecclesiam Altahensem (Oberaltaich) decimas in Gunstorf, Streitperg, Niedernmarche et Hintergrub, ab Alberto et Chunrado, fratribus de Leucendorf, et Fridercio de Haide, coëmtas. Actum et datum VII. Kal. Augusti (26. Julii).
1284.	Chunradus de Schonenstein, Hainrici Ducis consensu feudali, pratum et agrum juxta murum cimeterii, ab Alberto de Leucendorf ecclesiae ibidem venditum, appropriat. Datum V. Kal. Augusti (28. Julii).
1284.	. . . .
1284.	Leupoldus, Praepositus Sancti Nicolai, Hertwico, Canonico Pataviensi, locat pomeria, vineam unam in Hetzenbach et bona in Distelzwey. Dat. et act. III. Non. (3.) Augusti, in inventione beati Stephani Prothomartyris.

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Cunradus, Hiltbrandus et Heinricus, filii quondam Ludewici, dicti Rufi, civis in Windesheim, renunciant causam, Abbati de Halsprunn motam, super bonis in Steinbach (praef. Ansbach). Act. XV. Kal. Augusti (16. Julii).
. . . .	Cunradus de Nichilo et Gotfridus de Houge, Cives Herbipolenses, Volclino institori conferunt curiam Lamperti, juxta fratres Praedicatores Herbipoli. Sigillatores: Bertholdus Episcopus Herbipolensis; Albertus Decanus. Datum XVI. Kal. Augusti (17. Julii).
. . . .	Fridericus, Comes de Truhendingen, donationes omnium possessionum in villis Spilberg et Bernheim, a Sophia, quondam Advocatissa in Kolbenberg, monasterio Hailsprunnensi factas, confirmat. Dat. et act. in Gunzenhausen in die Sancti Jacobi Apostoli (25. Jul). Testis: Wernhardus Notarius.
. . . .	Agnes, Relicta Domini Ulrici de Threutlingen, conventui Sanctae Walpurgis in Eystet resignat feodum quoddam litigiosum, vulgariter Raislehen in Dietfurt. Act. et dat. Treuhtlingen III. Kal. Augusti (30. Jul.).

Annus.	Bavarica.
1284.	G. . ., Landgravius de Leukenberge, resignat Officio Sacristiae in Waldsassen jus feudale in curiam Albersreut. Act. XIII. Kal. Septembris (20. Aug.). Testes: Marquardus Judex de Waldeck et Ulricus frater de Phrimden.
1284.	Albertus, Dux Austriae et Styriae, Abbati in Raitenhaslach innovat privilegia Friderici Ducis et Rudolfi Regis. Dat. Wienne Ind. XII. Kal. (1.) Septembris.
1284.	Hartmannus, Augustensis Episcopus, Meinhardo, Comiti Goriciae et Tyrolis, affini suo, confert feoda in Klamm, quae Albertus de Niffen ab ecclesia sua et a Marquardo de Chemnata tenuerat. Dat. Augustae Idus (13.) Septembris.
1284.	Emicho, Frisingensis Episcopus, monasterio Cellensi oonfirmat consuetas distributiones oblagiorum. Acta in Celle. Dat. in Chemnateu, in die exaltationis Sanctae Crucis (14. Sept.).
1284.	. . . .
1284.	Brunonis, Brixinensis Episcopi, compositio cum Chunrado Hiourtingo de Hohenburg, super injuriis, Episcopo in redditibus de Lyserhoven illatis. Act. in Luenz, feria secunda post festum Sancti Michaelis (2. Oct.).
1284.	Martinus Papa IV. jus patronatus ecclesiae de Sicendorf, per Rapotonem et Hartmannum, Comites Palatini in Craiburch, et Alheidim, Rapotonis, et Elizabeth Hartmanni pradictorum uxores, monasterio Baumburchensi donatum confirmat. Datum Perusii Non. (7.) Octobris. Pontif. anno IV.
1284.	Idem Jus patronatus ecclesiae in Sighartzchirchen per Rapotonem donatum confirmat. Eodem.
1284.	Literae reversales Heinrici Ducis de susceptis post mortem Comitis de Mosburga universis feodis infra Ducatus sui terminos, ab ecclesia Frisingensi relevantibus. Actum et datum Mosburgae VIII. Id. (8.) Octobris. Testes: M. Fridericus Ducis Protonotarius; Albertus Comes de Hals. vid. *Meichelbeck* l. c. II. 93. *Hund* l. c. II. 506.
1284.	Wernhardus, Episcopus Pataviensis, confirmat Chunradi, Ranshovensis Praepositi, fundationes et donationes ad Infirmariam factas. Dat. Mautarn in die XI. millium virginum (21. Oct.).

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Berchtoldus, Babenbergensis Episcopus, Friderico Burggravio de Nurenberch concedit in feodum villam Tuchenbach (praef. Kadolzburg), hucusque a Berchtoldo de Heidelbach jure feudali possessam. Datum at actum apud Babenberch in crastino beati Michaelis Archangeli (30 Sept.).

Annus.	Bavarica.
1284.	Dipoldus, Comes de Ortenberch, Cunrado, dicto de Haidendorf, Pataviensi Archidiacono, donat curiam dictam in Oder, in ecclesia Irsheim (praef. Griesbach) sitam, et quondam Richkero, fratri spectabilis Comitis Alberti de Hals, in feudum collatam. Act. et dat. Pataviae in vigilia omnium Sanctorum (31. Oct.).
1284.	Coram Hermanno, Episcopo Augustensi, Gotfridus de Nifen, Canonicus, per sedem Moguntinam provisus et per Cunradum de Eberstall praesentatus, renunciat juri in ecclesiam Eichenhausen, quo facto, sublata omni actione et excommunicationis sententia, lata contra Ludevicum Ducem, ejusque Vicedominum, Ulricum de Roerenmos, investitur. Dat. Augustae VIII. Id. (6.) Novembris.
1284.	Heinricus, Ratisponensis Episcopus, Meinhardo, Comiti Tyrolis, in feodum confert homines et possessiones, quas nobiles viri de Wanga, et Advocatiam in Obernhoven, quam Comites in Esscheloch ab ecclesia sua in feudum tenuerunt. Dat. in Inspruck VII. Id. (7.) Novembris.
1284.	. . . .
1284.	Heinricus, Ratisponensis Episcopus, ecclesiae Sanctae Mariae in Geysenvelt, sub Abbatissa Gerdrudi, incorporat ecclesiam in Sautspach. Datum Ratisponae in die beati Nicolai Episcopi et confessoris (6. Dec.).
1284.	Marquardus, dictus Lapis de foro Pfharrkirchen, monasterio Aspacensi, ordinis Sancti Benedicti, Pataviensis dioecesis, tradit curiam unam Luterbach, et beneficium in Sweiber. Act. in die beati Nicolai Episcopi (6. Dec.) anno VIII. Regiminis Abbatis Wernhardi.
1284.	. . . .
1284.	Concordia anno MCCLXXXIIII. prorogata ratihabetur ab ipsis Ducibus, Ludovico et Heinrico; ad festum usque Sancti Georii proxime venturum. Dat. in Pueloch in vigilia beatae Luciae Virginis (12. Dec.).

Alemanica.	Franconica.
Conventus sororum in Wibenberch, ordinis Sancti Augustini, Eberhardo, Decano in Taphain (Tapfheim), dicto de Hamerstetin, vendit usumfructum curiae, sitae in Binezwangen (Binswangen, praef. Wertingen). Testis: Reinhardus Doctor Scolarum de Werdea. Acta XV. Kal. Decembris (17. Nov.) Ind. XIII.	
. . . .	Mauritius, Abbas Sancti Jacobi Scotorum Herbipoli, Cunrado de Heseler jure haereditario elocat curiam suam ad Sanctum Jodocum. Acta in die Sancti Nicolai (6. Dec.).

Annus.	Bavarica.
1284.	. . . .
1284.	. . . .
1284.	Heinricus, Ratisponensis Episcopus, Abbati in Münster (Münchmünster) tradit duas partes decimae pertotam villam in der Aw, in parochia Pferin, quas Ulricus Münsteraer ab eo et ecclesia sua tenuit titulo feodali. Datum Ratisponae. Actum in vigilia nativitatis Domini (24. Dec.).
1284.	Monasterium in Baumgartenberge Capitulo Pataviensi vendit annuos redditus dimidiae librae, ex domu sita in civitate contra locum, olim Judicio celebratum (auf dem Fischmarkt, der Schranne gegenüber). Dat. Pataviae IV. Kal. Januarii, (29. Dec.). Anno MCCLXXXV. (nobis 1284).
1284.	. . . .
1284.	. . . .
1284.	. . . .
1284.	Berchtoldus Babenbergensis Episcopus, monasterio Aspacensi dimittit quatuor naves in lacu Atersee. Dat. in Osterhoven. (M. B. V. 175.)

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Bertoldus, Episcopus Herbipolensis, monasterio Langheimensi appropriat decimam et aream in Langenstat (praef. Kulmbach), ab Eberhardo et Alberto Vorschen, et a Berneris, patruis eorundem, Comiti Conrado de Wilberg, ab hoc autem Episcopo resignatam. Dat. Herbipoli feria tertia post Luciae Virginis (19. Dec.).
Ulrici, Comitis de Helfenstein, auctoritate, Rudolfus de Nallingen, miles, Trutwino, Abbati de Caesarea, tradit curiam Durnarii in villa Nallingen, ab Alberto milite de Mahtolfshain comparatam. Testes: Ulricus, filius Comitis, junior Comes de Helfenstain; Albertus Minister de Gyselingen. Datum X. Kal Januarii (23. Dec).	
. . . .	Otto, Comes de Orlamunde, ad petitionem Eberhardi conversi, dicti de Hwtesdorf, monasterio in Langheim appropriat bona sua in Hutesdorf (Hutschdorf, praef. Kulmbach). Act. et dat. Cwlmenach. vid. *v. Schultes* l. c. S. 87.
. . . .	Reimbotonis, Episcopi Eistettensis, indulgentiae pro altari beatae Mariae in cripta monasterii Sancti Sebaldi Norimbergae. Dat. in Halsbrunn.
. . . .	Itidem Gottfridi, Pataviensis Episcopi. Dat. Norimbergae.

Annus.	Bavarica.
1284.	Friderici, Abbatis in Chremsmunster, confraternitas cum Poppone, Abbate in Altah Inferiori.
1284.	Berchtold von Wesenberch übergiebt an Erchanger von Wesen sein Purchstall zu Wesenberch.
1284.	. . . .
1284. circiter.	Heinrici, Decani de Geirstal, et Heinrici, Plebani de Vihta, instrumentum renunciationis jurium Dominae Elspet, filiae Domini Eberhardi de Nuzperch, quibus Dominum Heinricum Episcopum Ratisponensem impetiit. Testis: Heinrich, Judex de Vihta.
1285.	. . . .
1285.	Heinricus, alatinus Comes Rheni, Dux Bawariae, monasterio in Altach (Niederaltaich) donat decimas ex vacante sibi haereditate ministerialis sui, dicti de Hohenstain, et decimas in Marquartstein denuo confirmat. Datum in Geltolfing, in crastino Epiphaniae Domini (7. Jan.). (M. B. XV. 19).
1285.	Richgerus de Aheim jura Advocatiae suae in ecclesiam Lotzenchirchen (Loizenkirchen, praef. Vilsbiburg), annis singulis percepta, ad redditus II. scaffarum siliginis et I. avenae anno quolibet extensa, ipsi ecclesiae restituit. Dat. VI. (8.) Januarii.
1285.	Heinricus, Episcopus Ratisponensis, Gund, Scolasticum suum, propter enormes excessus, removet ab ecclesia in Frantenhusen et parochia Inferioris Monasterii, et per quinquennium eundem loco et voce capituli, et scholasteria privat. Dat. Ratisponae IV. Id. (10.) Januarii.
1285.	. . . .
1285.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
Cunradus de Ha inberg ecclesiae in Staingaden vendit bona sua sita in Becstetin. (M. B. VI. 541.).	
. . . .	Abbas de Ebera Heinrico Decimatori sub annuo censu confert curiam decimae in Suntheim (Mönchsontheim). Dat. in vigilia Epiphaniae Domini (5. Jan.). Testis: Gotfridus Magister in Rotelse.
. . . .	Coram judicibus Aschaffenburgensibus Petrissa, Begina, et Mechthildis, filiae quondam Hartwici de Rolbach militis, donant Domui Theutonicae in Mergentheim bona et vineas in Heidebach (Heubach, praef. Klingenberg). Act. et dat. in vigilia conversionis Sancti Pauli (25. Jan.). vid. *Guden* l. c. IV. 950.
. . . .	Ripertus et Johannes fratres de Sassenhusen Advocatiam in Obera, (Obernau, praef. Aschaffenburg?) monasterio Sancti Albani

Annus.	Bavarica.
1285.	. . . .
1285.	Rudolfus, Romanorum Rex, ecclesiae Ratisponensi confirmat comitiam in Stoufe. Dat. Egrae Ind. XIII. V. Kal. Februarii (28. Jan.). Regni anno XII. vid. *Ried* l. c. num. 634.
1285.	Chunradus de Hohenwanch Chunrado de Phlundorf vendit curiam in Husen (Hausen, Dominii Hegnenberg). Datum Augustae V. Id. (9.) Februarii. (M. B. XXII. 230.).
1285.	. . . .
1285.	Coram Gotfrido, nobili de Heideeg, Heinricus de Bonlanden ad altare Sanctae Mariae in Ahusen offert jus patronatus cum Advocatia ecclesiae in Affalterbach Majori. Testes in castro Heideck: Dietricus dictus Rumph et Ulricus de Gerwigesdorf, milites in Holenstein; Chunradus de Crandorf, Perengerus de Puch, Heinricus frater suus, Chunradus de Uotolhoven, cives nobiles (Burgmannen?) Datum II. Id. (12.) Februarii.
1285.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
	Moguntiae feodalem, vendunt eidem. Acta VIII. Kal. Februarii (25. Jan.).
. . . .	Wolcnandus miles de Hervilstat monasterio in Fraucnrode pro sepultura sua legat duos mansos in Hein. Actum et datum in Munrichstat Sabbato ante Dominicam, qua cantatur: „Exurge“ (27. Jan.)
. . . .	Leupoldus Senior, Puttiglarius de Weiltingen, et Agnes uxor, cum consensu filiorum suorum Lupoldi militis, Methildis uxoris ejusdem et Lupoldi Herbipolensis Canonici, W... Abbati Ebracensi vendunt bona sua in villa Mulhusen. Sigillatores: Lupoldus Senior frater ejusdem Heinricus de Seldenecke; Lupoldus Coquinae Magister dictus de Nortinberch, Lupoldus filius ejusdem, et Lupoldus junior Scultetus de Rotynburch. Datum et actum sabbato proximo ante dominicam, qua cantatur: „Invocavit me“ (10. Febr.).
. . . .	Reimboto, Eystettensis Episcopus, Dominabus ordinis Sanctae Clarae in Nurnberk appropriat nemus prope locum castri, quod quondam dicebatur Perge (Altenberg), a nobili viro Friderico Burggravio de Nurnberk sibi resignatum. Sigillator: Fridericus, Burggravius de Nurnberk. Actum Nurnberk XIII. Kal. Martii (17. Feb.).

Annus.	Bavarica.
1285.	. . . .
1285.	Ortliebus de Walde, coenobio Raitenhaslacensi legat bona in Altenperge (Altenberg, praef. Burghausen), Stockaim, Hermotzhaim et Chopel. Dat. in Cathedra Petri (22. Feb.).
1285.	Similiter Chuno de Wald. Dat. in Raitenhaslach XI. Kal. Martii (24. Feb.).
1285.	Ulrich von Wispach vermacht seine Hube zu Oetmaringe (Otmaring, praef. Burghausen) für den verursachten Schaden im Kriege zu Tittmanning, an das Kloster Raitenhaslach. Geschehen am Sanct Matthias Tage (24. Feb.).
1285.	Grave Perhtolt von Eschenloch verleiht Herrn Otte und Ulrich von Witolshoven vier Mayar Urne uz sinem Cheller. Geschehen datz Eschenloch uf der Burch an Sancte Mathies tage (24. Feb.).
1285.	Jacobus, miles de Rifenekke, Ortholpho Abbati in Beurren tradit curiam suam in Viuns. Act. VI. Kal. Martii (24. Feb.).
1285.	Beringerus, Comes de Leonsperch, eremitis de Valle Speciosa (Schöntal) confert feuda, sibi refutata a Cholone de Schwarzeneckke et Rugero milite de Turdawe. Actum Ratisponae in die beati Matthiae Apostoli VI. Kal. Marcii (24. Feb.).
1285.	Coram Hainrico, Ratisponensi Episcopo, Ulricus de Lapide, in ecclesia Rorensi, ipso die sepulturae patris sui Ottonis, resignat Advocatiam ecclesiae de Schambaupten, a Ratisponensi ecclesia in feudum sibi prius concessam. Datum Ratisponae III. Kal. Martii. (27. Feb.). (M. B. XVII. 300.).
1285.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Volkelinus, Institor Herbipolensis, conventui Praedicatorum Herbipoli tradit omnia bona sua. Actum in die Kathedrae Sancti Petri (22. Feb.).
. . . .	Ludwicus, miles de Wilhelmsdorf, Maechtildi de Hallis, dictae Helvegerin, pro XLIV. libris Hallensium et dimidia, vendit molendinum suum, dictum Holtzmuel (Holzmühl, praef. Mkt. Erlbach) juxta villam Wilhelmsdorf, cum piscatione supra molendinum, jureque lignandi ex silva Widinholz. Act. et dat. in Wilhelmsdorf III. Kal. Martii (27. Feb). Testes: Heinricus, Abbas Heilsbronnensis; Heinricus frater Ludwici de Wilhelmsdorf, dictus de Meingenthal; Erkenbertus Officialis dictus de Diepoltspercb. vid. v. *Schütz* l. c. S. 131. n. 99.

Annus.	Bavarica.
1285.	. . . .
1285.	. . . .
1285.	. . . .
1285.	. . . .
1285.	Coram Chonrado, dicto Touwerstein, Judice in Halle, et universitate civium ibidem, Dominus Chunradus miles de Reut, et frater suus Ditmarus, ecclesiae Sancti Petri in Werde tradunt vaccariam Snaezenreut cum Advocatia. Testis: Ulricus Senior, Castellanus de Stauffenecke. Act. Hallis IV. Id. (12) Martii in die Gregorii Papae.
1285.	Ecclesia in Diezzen Ottoni dicto Phaffe vendit decimam et curiam in Wincheln. Acta III. Id. (13.) Martii. (M. B. VIII. 193).

Alemanica.	Franconica.
Confirmante Hartmanno, Episcopo Augustensi, Wolfhardus de Roth, Canonicus ecclesiae Augustensis, conventui apud Sanctam Margaretham in Augusta donat jus patronatus ecclesiae in Epispurch (Eppisburg, praef. Dillingen). Act. et dat. in Capitulo Augustensi VI. Non. (2.) Martii.	
. . . .	Laudum Winrici de Ebraco, Hermanni de Lancheim, Abbatum, Kraftonis et Godfridi deHohenloch, eo latum, quod de exactione, super forum in civitate Herbipolensi ponenda, cives recipiant duos denarios et dimidium, Dominus Episcopus autem unum et dimidium. Actum Heitingesvelt; datum vero Herbipoli Non. (7) Martii.
. . . .	Hermanni, dicti de Crutheim, Vicarii majoris ecclesiae Herbipolensis, reversales de exhibendis expensis luminum ex censu curiae Burchardrode, a Walthero majoris ecclesiae Plebano comparato. Testis: Heinricus Scriptor Dominornm in Summo. Acta Nonas (7.) Martii. Pontif. Bertholdi anno X.
. . . .	Literae indulgentiarum Rudolfi, Sanctae Salisburgensis ecclesiae Electi, Emichonis Frisingensis, Heinrici Ratisponensis, Hertnidi Gurcensis, Chunradi Chiemensis, Chunradi Lauontinensis, et Leupoldi Secoviensis, Episcoporum, pro ecclesia Sanctae Walpurgis Virginis in Eystetten, dummodo de voluntate Ordinarii loci processerint. Dat. Salzburgae IV. Id. (12.) Martii.

Annus.	Bavarica.
1285.	Paltram von Charelstein quittirt den Abt Hainrich von Alderspach über zurückbezahlte sechtz Phunt Regenspurger Pfennige. Geschehn XV. Kal. Aprilis (18. Mart.).
1285.	. . . .
1285.	. . . .
1285.	. . . .
1285.	. . . .
1285.	Rudolphi, Romanorum Regis, gratia pro monasterio de Schönvelt Inferiori, ut feoda vel alia bona ad triginta marcarum redditus usque acquirere liceat. Datum Nürnberg IV. Non. (2.) Aprilis Ind. XIII. Regni XII. (M. B. XVI. 290).
1285.	Coram B.. Comite de Eschenloch, F... Praepositus in Schefteler comparat ab hominibus Comitis in Pertenkirch, dictis Schorn, praedium quoddam in Germansgau pro XL libris Veronensium. Testes: Bertholdus Judex in Pertenkirch; Siboto Praeco Provincialis. Acta in Pertenkirch, in domo Eberhardi dicti Schorn; pridie Non. (4.) Aprilis.

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Sophia, Priorissa Sancti Marci Herbipoli, Heinrico Clophere, civi Herbipolensi, vendit juger et dimidium sub Novo Monte ante Herbipolim. Actum et datum feria secunda in ebdomada Paschae (26. Mart.); ante Claustrum beati Marci.
. . . .	Heinricus, Episcopus Ratisponensis, spectabili viro, Domino Friderico, Burgravio de Nurenberch, et Johanni filio suo, confert universa feoda ecclesiae Ratisponensis, et jus succedendi in iisdem protendit in filiam Friderici. D. Wiennae Kal. (1.) Aprilis. Ind. XIII. vid. *v. Schütz* l. c. S. 132.
. . . .	Rudolfus, Romanorum Rex, dicto Burggravio confert castrense feodum in Egra, a viro strenuo, dicto Knuozel de Hohenberg, comparatum, nec non castrum Wuonsidel jure feodi. Testes: Ludewicus, Dux Bavariae; Rudegerus et Babo fratres de Sparnecke. Dat. in Nurenberch IV. Non. (2.) Aprilis. Ind. XIII. Regni anno XII. vid. *v. Schütz* l. c. S. 133.
. . . .	Gotfridi, Pataviensis Episcopi, indulgentiae pro capella ecclesiae Sancti Jacobi in Rotenburch, consecrata in honorem corporis Domini nostri Jesu Christi. Dat. apud Nurenberg IV. Non. (2.) Aprilis.

Annus.	B a v a r i c a.
1285.	. . . .
1285.	Nicolaus, Abbas Rotensis, Alheidae ministeriali suae cum Friderico de Pyherting matrimonium contrahendi libertatem facit. Acta III. Id. (11.) Aprilis. Computatio debitorum inter ecclesiam Ratisponensem et Frisingensem. Data in Aerdinga XV. Kal. Maii (17. April.) vid. *Ried* l. c. num. 636.
1285.	. . . .
1285.	. . . .
1285.	Ludovicus Dux ecclesiam in Eschenbach Bavarico donat Chunrado, Praeposito monasterii Sanctae Mariae in Speinshart, ordinis Praemonstratensis. Dat. in Lengenuelt XII. Kal. Maii (20. April.). (Consensus Heinrici Episcopi Ratisponensis. Dat. Ratisponae XIII. Kal. Maii (19. April).
1285.	. . . .
1285.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Rudolfus, Romanorum Rex, monasterio Halsprunnensi possessiones in Lenckersheim, Westheim, Uluersheim (Urfersheim) et Cullensheim (Kühlsheim, omnes praef. Windsheim), a Philippo Rege pridem ordinatas, renovat. Dat. Denkelspuhle V. Id. (9) Aprilis. Ind. XIII. Regni XII.
. . . .	Bertholdi, Herbipolensis Episcopi, indulgentiae pro monasterio sanctimonialium in Heiligenthal. Datum Herbipoli XIV. Kal. Maii (18. April.). Pontif. Bertholdi anno XI.
. . . .	Fridericus, Comes de Truhendingen, monasterio in Wilzeburch confert curiam suam, sitam in Berolzheim (praef. Heidenheim), per filios Ulrici, p. m. de Truhtelingen, refutatam. Actum XIII. Kal. Maii (19. April.). Testes: Fridericus de Truhendingen, Canonicus Babenbergensis; Chunradus Minister de Wizenburch; Otto, Advocatus Friderici de Truhendingen, dictus de Altheim.
Hartmanni, Episcopi Augustensis, praeceptum, ut conventus Dominarum in Wihenberch (praef. Wertingen) numerum quindecim personarum non excedat. Dat. Augustae XI. Kal. Maii (21. April.)	
Alberti, Insulae Sanctae Mariae in Brussia Episcopi, auctoritate, R... Con-	

Annus.	Bavarica.
1285.	Heinricus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bawariae, monasterio Altahae (Niederaltaich) concedit, ut singulis annis per mutas suas in Purchausen at Scharding traducat tria talenta salis majoris ligaminis sine theloneo. Datum apud Landawe in die beati Gregorii Martyris (23. April.). (M. B. XI. 257.).
1285.	. . . .
1285.	Heinricus, Episcopus Ratisponensis, et Henricus Dux, universitati civium Chambiensium Hospitale Infirmorum in ipsa civitate plantare concedunt. Datum Ratisponae VII. Idus, (9.) Maii. rid. *Ried* l. c. num. 637.
1285.	. . . .
1285.	. . . .
1285.	Chunradi, Episcopi Lavantinensis, indulgentiae pro ecclesia Sancti Nicolai. Dat. Pataviae in die Sancti Johannis ante portam Latinam, II. Id. (14.) Maii.

Alemanica.

stantiensis Episcopus capellam in Campidonensi monasterio consecrat et indulgentiis ditat. Dat. X. Kal. Maii (22. April).

Martinus Papa IV. monasterium Sanctorum Udalrici et Afrae Abbati Ottoburano protegendum commendat. Act. apud Urbem Veterem Non. (7.) Maii, Pontif. anno V. (M. B. XXII. 229.).

. . . .

. . . .

F r a n c o n i c a.

Judicium Aschaffenburgense fratrem Petrissae Beginae et Mahtildis, nomine Kreiz, donationem bonorum in Heidebach, fratribus de Mergentheim factam, impugnantem, a limine suo repellit. Act. et dat. in Claustro Aschaffenburgensis ecclesiae, feria sexta proxima ante festum Penthecostes (11. Maii.).
vid. *Guden* l. c. IV. 951.

Bertholdus, Babenbergensis Episcopus, Lancheimensi monasterio tradit decimam in Schoenebrunne (Schoenbrunn, praef Lichtenfels), villulam Ruth (Reuth), bona in Inferiori et Superiori Waldenstat (Unter- u. Oberwallenstatt) et piscinam, a Chunimundo de Sunnenberch conquisitam. Act et dat. Babenbergae III. Id. (13.) Maii.

Annus.	Bavarica.
1285.	. . . .
1285.	. . . .
1285.	. . . .
1285.	Ludovicus, Dux Bavariae, ecclesiae Ebersbergensi tradit Diemudem, uxorem Diemari de Ebersperch. Dat. Monaci feria tertia in ebdomate pentecostes (15. Maii.).
1285.	. . . .
1285.	Kristanus de Tetlhaim conventui in Raitenhaslach vendit feodum suum in Haunolting (Haunolding, praef. Vöcklabruck). Dat. die Dominici Confessoris, (24. Maii).
1285.	Ecclesia Sanctae Mariae in Niedernburg permittit mutationem servitii ex feodis in Reichweinsperg. Dat. VII. Kal. Junii (26. Maii.).
1285.	. . . .
1285.	Urkunde Herzog Ludwig und Heinrichs, künftig alle Unzucht (Gewalthaten) ihrer Leute auf der Stelle zu strafen. Gesetzet und gelobt bey Sigenburg in dem Paumgarten, Montages vor Primi und Feliciani (4. Jun.).
1285.	Conventio inter Ludwicum et Heinricum, fratres, de amputandis suis rancoribus mediante Heinrico, Episcopo Ratisponensi. Datum in Pomario apud Sigenburch. Non. (5.) Junii. vid. *Ried* l. c. num. 704.
1285.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Honorius, Papa IV., Clero civitatis et dioeceseos Babenbergensis notificat, se facta resignatione Manegoldi Electi, in ejusdem locum Arnoldum Episcopum suffecisse. Dat. Romae apud Sanctam Sabinam Id. (15.) Maii. Pontif. anno I.
. . . .	Similiter ad Capitulum Babenbergense. Eodem.
. . . .	Itidem ad vasallos Babenbergensis ecclesiae. Eodem.
. . . .	Albrecht der junge Vortsch überweist seiner Wirthin, Frauen Jute, mit seines Sohns Albrechts und seines Bruders Eberhards Willen, das Eigen zu Menegeu (Mengau), den Zehend zu Hutesdorf (Hutschdorf) und zu Lyemarsdorf (Limmersdorf, omnes, praef. Kulmbach), als Morgengabe. Geschehn zu Turnauwe an der Mittewochen in der Phinkesten (16. Maii.).
. . . .	Heinricus dictus Tholdin, cum consensu Heinrici Domini castri in Zabelstein, Domini sui corporalis, W.... Abbati in Ebera vendit duos mansos in Tuchendorf. Datum VI. Kal. Junii (27. Maii.).
. . . .	Bertholdus, Episcopus Herbipolensis, ad testimonium potiorum villae Ahusen (Sommerhausen) recognoscit, vineas in monte Alten-

Annus.	Bavarica.
1285.	. . . .
1285.	. . . .
1285.	Chunradus, Abbas in Weihensteven, connubio Elisabethae, monasterii sui famulae, cum Chunrado, dicto Draechsel, homine monasterii in Furstenveld ineundo, annuit. Act. et dat. in Weihensteven Id. (13.) Junii.
1285.	. . . .
1285.	. . . .
1285.	Dietricus, Abbas monasterii Sanctorum Udalrici et Afrae in Augusta, Heinrico cuidam sub eo jure, quod vulgariter Huprecht dicitur, locat curiam iu Luitenhofen (Luttenhofen, Dominii Torringorum). Dat. et act. in monasterio Augustensi XIII. Kal. Julii (19. Junii) Ind. XIII. (M.B. XXII. 232.)
1235.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
	berg, ab Abbate Rudoldo in Hailsbronn coëmtas, liberas esse ab omni nexu feudali Herbipolensis ecclesiae. Datum Herbipoli in crastino Bonifacii (6. Jun) Pontif. Bertholdi anno XI.
. . . .	Rudolfus, Romanorum Rex, Boponis Comitis de Rienecke villae Esche (juxta castrum Rienecke) concedit jura aliarum villarum. Datum Spirae VII. Id (7.) Junii. Ind XIII. Regni anno XII.
. . . .	Cunradus dictus Diethart domui Hospitalis Sancti Johannis Herbipoli legat omnia bona sua. Datum et actum in capitulo Rudenheim VIII. die Junii (8. Jun.).
Heinricus de Augusta monialibus in Schoenvelt Superiori donat duas curias in Winden et bonum in Lobistetten, confirmante Episcopo Hermanno Augustensi. Datum Augustae XVIII. Kal. Julii (14. Jun.).	
Dietricus, Abbas Sanctorum Udalrici et Afrae, Heinrico, filio defuncti conductoris Bertholdi, locat curiam in Luittenhofen (Lutenhofen prope Morenweis). Datum et act. in monasterio XIII. Kal. Julii (19. Jun.) Ind. XIII.	
. . . .	Otto, Canonicus Babenbergensis, Hermannus et Otto fratres, Comites de Orlamünde, consensu matris suae, Agnetis, conferunt monasterio in Langheim jus patronatus ecclesiarum parochialium in

Annus.	Bavarica.
1285.	. . . .
1285.	. . . .
1285.	. . . .
1285.	. . . .
1285.	Heinricus, Ratisponensis Episcopus, locum ordinat et ordinem habendorum Placitorum in singulis officiis ad dirimendas quaestiones inter Ducum utrumque. Datum et act. Frisingae feria VI. ante Mariam Magdalenam (20. Julii).
1285.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
	Culmenach (Kulmbach) et Drosenvelt (Altdrossenfeld) ac duos mansos in villa Buch. Dat. et act. Blassenberch in crastino beati Johannis Baptistae (25. Jun.). vid. *v. Schultes* S. 87.
. . . .	Simon, Cantor majoris ecclesiae Herbipolensis (Praepositus de Slitese) bona sua oblagiaria in Albertshausen revocat a Plebano de Stralsbach eaque dominabus de Frawenrode elocat. Datum feria tertia proxima post Johannis Baptistae (26. Jun.).
. . . .	Herdegenus de Grindelach, cum fratris Herdegeni consensu, Winricho Abbati Ebracensi vendit bona sua in Suntheim (Mönchsontheim) pro CC.CLXXV. libris Hallensium. Dat. VI. Non. (2.) Julii. Fidejussores: Lupoldus, Babenbergensis Praepositus (ad Sanctum Stephanum); Patruus Herdegenus de Grindelach; Lupoldus, frater dicti de Grindelach. Testes: Manegoldus Praepositus Herbipolensis, dictus de Hurnheim; Godfridus, Scultetus de Sweinfurt.
. . . .	Ulricus de Sluzzelberg juribus suis in praedicta bona renunciat. Eodem.
. . . .	Gertrudis, Abbatissa Sancti Theodori Babenbergae, vendit Dominae Liugardi, intra coenobium commoranti, domum juxta fontem veteris capellae Sancti Theodori. Dat. in vigilia Margarethae (12. Jul.).
. . . .	Fridericus de Tungenden capellam juxta monasterium Schönau fundat, et curia in villa Holderich et tribus jugeribus vinearum in monte Eichelberg dotat. Sigillatores: Bertholdus Episcopus Herbipolensis; Gerhardus Comes de Rienecke. Acta in die Mariae Magdalenae (22. Julii).

Annus.	Bavarica.
1285.	. . . .
1285.	. . . .
1285.	. . . .
1285.	. . . .
1285.	Ludovicus, Dux Bavariae, Ulrico de Wellenberch in feudum confert judicium villae Vorchaim, (praef. Riedenburg), vulgariter Dorfgericht appellatum, reservato sibi judicio Comitiae. Datum Monaci V. Kal. Augusti (28. Julii).
1285.	Ulrici de Vellenberch reservales super iisdem. Datum ibidem et eodem.
1285.	Aliron de Ricardis Episcopo Ratisponensi terminum solvendi subsidii prorogat de festo Martini proximo veniente usque ad V. Kal. Decembris anni sequentis. Datum Ratisponae III. Kal. Augusti (30. Jul.). vid. *Ried.* l. c. num. 638.
1285	Otto de Leuting ecclesiae Sancti Zenonis in Isen donat curiam suam in Teufenbach. Act. et dat. in Isen, in die beati Syxti (6. Aug.).

Alemanica.

. . . .

. . . .

Hartmanni, Augustensis Episcopi, consensu, Eberhardus de Knoringen conventui in Caesarea vendit curiam Ulrici Sartoris cum jure advocaticio, et aream quandam Chunradi Chrnelini, in Superiori et Inferiori Thurehain, cum officio Pastoriae in Westernholz. Datum Augustae VI Kal. Augusti (27. Jul.).

Hartmannus, Augustensis Episcopus, ecclesiae Holzen, ad conventum in Caesarea pertinenti, incorporat ecclesiam filiam in Ostehain. Datum Augustae VI. Kal. Augusti. (27. Jul.).

F r a n c o n i c a.

Otto, civis quondam Herbipolensis, postea confrater Ebracensis, monasterio suo ad comparanda bona in Suntheim (Mönchsontheim) tradit trecentas libras Hallensium, praetereaque vineas in Novo Monte circa Randersacker. Sigillator: Mauritius Veteris Montis Abbas. Datum in die beati Jacobi Apostoli (25. Julii.).

W... Abbas de Ebera, conventui suo ex dictis bonis annua servitia ordinat. Datum eodem.

Annus.	Bavarica.
1285.	Aliron de Ricardis Episcopo Ratisp. legitimationis causa literarum Martini Papae copias exhibet. Data in vigilia beati Laurentii (9. Aug.).
1285.	Christinens, Conrads von Harcheims Wittib, evers über den auf Lebenslang vom Passauischen Bischofe überlassenen Hof zu Stetting. Geschehn des Sambstag vor unsrer Frauentag, als sie verschied (11. Aug.).
1285.	Ludovicus et Heinricus Duces ad mutuum adjutorium contra injurias civium Ratisponensium sese astringunt. Dat. Ratisponae VI. Kal. Septembris (27. Aug.).
1285.	Fridericus Abbas, totusque conventus ecclesiae Scheirensis, ab longo tempore a divinis officiis interdictus, Heinrico Ratisponensi Episcopo pro retenta decima Papali spondet solutionem LXXX. librarum Monacensis monetae. Datum Scheirn in die beatorum Felicis et Adaucti (30. Aug.). (Fidejussio Heinrici de Preising in die beati Augustini (28. Aug.).
1285.	Hartmannus, Episcopus Augustensis, Abbatissae in Niwenburch pro honore beatae Mariae Virginis et Sancti Johannis Evangelistae certis diebus orationes instituendas commendat. Dat. Augustae IV. Kal. Septembris (29. Aug.).
1285.	Fridericus, Praepositus Boumburgensis, Sibotoni de Storfing, quondam residenti in Strawbing, locat pratum ecclesiae suae situm inferius in Mern. Acta III. Kal. Septembris (30. Aug.).
1285.	Alyro de Ricardis, Canonicus Sancti Marci, accepta fert ab Episcopo Pataviensi Wernardo sexcenta talenta denariorum, pro decimis ad subsidium terrae sanctae persolvendis. Act. Pataviae Kal. (1.) Septembris. Ind. XIII.
1285.	. . . .
1285.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Albertus, dictus Rinemuol Senior, Imperialis aulae Ministerialis, resignat avunculo suo Hermanno de Vestenberch jus patronatus parochiae in Mungenawe (Wassermumgenau, praef. Heilsbronn). Dat. et act. in vigilia nativitatis gloriosae Virginis (7. Sept.).
Otto de Wellenwart conventui de Caesarea proprietatis jure tradit duos viros, Heinricum Fabrum de Funfstat et Sifridum Fabrum de Hiusheim, pro V. libris Hallensibus. Datum Kal. (1.) Octobr.	

Annus.	Bavarica.
1285.	Coram Lodwico, Comite Palatino Reni, Duce Bavariae, fidelis suus Wichnandus de Eiringspurch monasterio Monacensi, ordinis Sanctae Clarae, vendit per manum Salmanni, nobilis Ulrici de Lapide, curiam suam in Meringen, ab Ulrico milite de Memmendorf coëmtam. Datum Monaci VIII. Id. (8.) Octobris. (M. B. XVIII. 3. et 4.)
1285.	Bertoldus de Snaitach monasterio in Fürstenfeld donat bona sua feudalia, consentiente Ludovico, Duce Bavariae, excipiente tamen sibi munitionem in Geraeut. Datum in Dachawe VI. Id. (10.) Octobris.
1285.	. . . .
1285.	. . . .
1285.	. . . .
1285.	. . . .
1285.	. . . .
1285.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Heinricus de Witoldeshusen, dictus de Turri, conventui, in Coeliporta assignat pensionem annuam ex bonis suis in villa Witholdeshusen (Waigoltshausen). Datum in die beati Galli (16. Oct.).
. . . .	Kunegundis, Relicta Heinrici dicti in der Kunebach, conventui in Coeliporta apud Herbipolim vendit pensionem annuam ex bonis suis in villa Geltersheim. Datum feria quinta post Galli (18. Oct.).
. . . .	Thobiae, Pragensis Episcopi, indulgentiae pro ecclesia Hospitalis Sanctae Katharinae in Babenberg. Dat. Pragae VI. Kal. Novembris (27. Oct.) Ind. XIV.
. . . .	Hertwicus miles, et Gerhardus, fratres dicti de Erenstein, sanctimonialibus de Seligenthal vendunt redditus suos in villa Slirstad. Actum mense Octobri. vid. *Guden* l. c. III. 712.
. . . .	Reinboto, Eystetensis Episcopus, jus patronatus ecclesiae parochialis in Phaffenhoven (praef. Pleinfeld), a multis praedecessorum suorum retroactis temporibus per nobilem virum, Dominum Fridericum Burgravium de Nurenberch, Seniorem, Fridericum et Chunradum, filios ipsius occupatum, et de manibus eorundem extractum, in capitulum suum transfert. Datum Eystet VIII. Kal. Decembris (23. Nov.).
Coram Walthero Truter, Ministro in Giengen, et Consulibus civitatis ejus-	

Annus.	Bavarica.
1285.	Ulricus de Solzbuerch ecclesiae Eistettensi legat homines ac bona sua in Altenfelden (praef. Hilpoltstein), Alersperg et alibi. Acta dominica proxima post Nicolai (9. Dec.). (vid. v. *Falckenstein* l. c. S. 86.)
1285.	. . . .
1285.	Chuonradi de Ernvels, Ministerialis ecclesiae Sancti Petri Apostoli Ratisponae, testimonium, quod Ulricus de Pfraundorf, suus olim miles, in extremis suis dederit sibi praedium suum in Winden, ut extradat collegio in Puelnhoven. Acta in die beatae Luciae Virginis (13. Dec.).
1285.	Heinrici, Ratisponensis Episcopi, laudum latum in caussa Religiosorum de Schönthal et Bertholdi Choelbel, super quibusdam bonis in Gros-Viltzing (Gros-Filsing, praef. Cham), a patre Choelblini coenobio legatis. Dat. Ratisponae in die Luciae Virginis et Martyris (13. Dec.).
1285.	. . . .
1285.	Friderici Burggravii de Nurenberg testimonium de urna vini, ex vinea in Prelac, monasterio Waldsassensi pertinente, per Burggravium de Cubito pro singulis annis injuste exacta. Dat. apud Egram, proxima feria quarta ante nativitatem Domini (19. Dec.).
1285.	. . . .
1285.	. . . .

Alemanica.	Franconica.
dem, Cunradus Bachen, concivis eorum, fratribus de Caesarea resignat praedium quoddam in Lutingen, vulgariter Salzlehen. Datum Kal. (1.) Decembris.	
. . . .	Volkerus dictus de Bastheim coenobio in Coeliporta vendit annuam pensionem de allodio suo in villa Oppherbein (Opferbaum). Actum et datum feria tertia post festum Sancti Nicolai (11. Dec.).
. . . .	Cives de Miltenberg, Bischofsheim et Amorbach, capitulo Maguntino sede vacante obedientiam praestandam vovent. Acta in die beatae Luciae Virginis (13. Dec.).
. . . .	Coram Ulrico, nobili dicto de Sluzzelberch, ac Herdegeno dicto de Grundelach, Fridericus dictus Waltbote, Friderico, Burggravio de Nurenberch, libere resignat bona sua in Nivenstadt, (praef. Neustadt an der Aisch). Datum in Stritberch, proximo die sabbati ante nativitatem Domini (22. Dec.).
. . . .	Episcoporum Romanorum indulgentiae pro ecclesia cathedrali Herbipolensi. Datum Romae IV. Kal. Januarii (29. Dec.) Pontif. Papae Honorii anno I.

Annus.	Bavarica.
1285.	. . . .
1285.	. . . .
1285.	. . . .
1285.	Chunrad der Chropf von Chipfenberch übergiebt dem Gotteshause ze der Säligen Porte seinen Hof zu Rechenhoven.
1285.	Cholo de Schwarzenecke, Beringero, Comiti de Leonsperch, refutat feuda sua in Premaeusel (Premischel, praef. Waldmünchen), in Rehtz (Retz), Heinrichschirchen, Witzelinsmuel et Laykkendorf; sicut et Rugerus, miles de Turdawe, et Dietricus de Snaeberch, feuda sua in loco Pinow.
1285.	Literae Chunradi Praepositi in Slechdorf super inita transactione cum Arnoldo de Eschenloch, de dividundis hominibus suis, qui vicissim matrimonia contraxerint.
1285.	Heberhardus de Mylin Cunrado de Dazan feodali jure porrigit quaedam bona, sita in Bavaria. Sigillantibus Henrico de Stellenberc et Ulrico de Maltiz, viris nobilibus.
1285.	. . . .
1285.	. . . .
1285.	Perroni Larinensis, Romani Croensis, Petri Dragonarensis Episcoporum, indulgentiae pro capella Sanctae Katerinae in Monaco. Datum Romae, Pontif. Honorii IV. anno I.

Alemanica.	Franconica.
. . . .	Hermannus dictus Muzel monasterio Ebracensi ad montem Sancti Gangolphi donat duos mansos in Swapach et unum in Steinsvelt.
. . . .	Rupertus de Worthenberc, filius et heres Cunradi nobilis de Durne, bona ex altera parte Heimesbach (praef. Alxnau), a patre suo defuncto sanctimonialibus in Selgental donata, confirmat. vid. *Guden* l. c. III. 709.
. . . .	Frater Sifridus de Mulenbrunnen et Hildebrandus de Brunnenbach, Abbates, profitentur, sororem Alheidim de Steinsfeld in Selgental ad eundem locum legasse partem decimae in Ruchesheim, aliosque redditus ad usus sacerdotis Sanctae Crucis. vid. *Guden* l. c. III. 710.
. . . .	Fridericus Comes, et Fridericus Babenbergensis ecclesiae Canonicus, fratres de Truhendingen, ecclesiae Heidenheimensi donant possessiones suas, sitas in Husen (Hausen).
. . . .	Romanorum Episcoporum indulgentiae pro ecclesia beati Jacobi, Hospitalis fratrum S. Mariae Hierosolimitarum in Rotenburg. Datum Romae, Pontificatus Honorii Papae IV. anno I.

Annus.	Bavarica.
1285.	Indulgentiae nonnullorum Episcoporum Romanorum pro ecclesia in Hovenschambach. Datum Romae, Pontif. Honorii IV. anno I.
1285. circiter.	. . . .
Heinrich von Zaizershofen, des Cunrads von Wildenrod Eigenmann, verkauft unter dessen Sieglung dem Kloster St. Katharina in Augsburg seine demselben zinslehenbare Hube zu Ering, die Robhanns Hube genannt, um XXI. Pfund Pfenninge; an dem Samstage nach S. Mathias Tage (28. Feb.).

Franconica.

Joannes, filius quondam Advocati de Salzburg, et Otto frater ejus, vendunt Hospitali S. Mariae Teutonicorum in Münnerstadt partem decimae in villa Brunnen et XVIII. solidos Hallensium ibidem, offerentes Manegoldo Episcopo Herbipolensi pro proprietatis suae recompensatione quatuor jugera vinearum in Stralungen (praef. Neustadii ad Salam). Datum Herbipoli pridie SS. Fabiani et Sebastiani (19. Jan.).

Charta ejusdem tenoris, super parte *media* dictae decimae; data in die SS. Fabiani et Sabastiani (20. Jan.).

Heinricus Wolvolt senior cum filiis suis de divisione decimarum in Hetingesvelt (Heidingsvelt, praef. Würzburg) et Witoldeshusen, (Waigolthshausen, praef. Werneck) transigit. Sigillator: Nobilis Vir Dominus Krafto de Hohenloch. Datum in vigilia purificationis Sanctae Mariae (1. Feb.).

Heinrici de Wechmar Praepositi, Arnoldi de Spiezheim Decani, totiusque Capituli Herbipolensis facultas pro sex viris arbitris ex suo gremio, qui ad praebendas vacantes vel vacaturas eligant viginti tres vel Sacri Imperii Romani vel ecclesiae hujus Ministeriales, aut ex utraque linea Liberos, aliosve de sublimiori, utpote Principum vel Magnatum sanguine procreatos. Acta in vigilia purificationis Virginis gloriosae (1. Feb.) in loco Capituli.

Albertus dictus Holzapfel, civis Herbipolensis, H... Abbati Ebracensi donat curiam apud Sanctam Agnetem Herbipoli omniaque bona sua, exceptis tantum vineis quibusdam in Cronbuhel, super fossam lapidum, et in Cuberg. Sigillator: H... de Wechmar Praepositus major. Datum feria quinta post cineres (12. Feb.).

Annus.	Bavarica.
1293.	Ludovicus, Comes Palatinus Rheni, et Wauarie Dux, monasterio de Brufenigen concedit jus suum alluvionis in rippa Danubii cum tribus pratis, que Wr. Anschut nuncupantur, videlicet dy Anschut ante fundum Sancti Georii in Oberndorf, in Maeting et in Bruffening minori, in brachio Danubii. Datum Ratisponae, feria quarta post Dominicam Reminiscere (25. Feb.). (M. B. XIII. 246.)
Martius	Sühnebrief Graf Gebhards von Hirzperch mit Herzog Ludwig, dem Er die Schenkung seiner Güter bestättigt, unterdessen der einem andern verliehenen Burg Amertal (praef. Amberg) das von dem Truchsesse von Sulzbach heimgefallene Dorf Eheveld zu substituiren verspricht, auch

Alemanica.	Franconica.

Conradus dictus Saltzmann, civis in Arenpur (Ornbau, praef. Herrieden), a Reinbotone, Episcopo Eistettensi, recipit titulo censuali duas areas in Arenpur, prope areas Friderici et Conradi de Hirzlach, ab Elisabetha, Relicta Conradi Pincernae de Arberch, VIII. libris Hallensium conquisitas. Dat. Halsprunne XVI. Kal. Martii (14. Feb.).

Manegoldus Herbipolensis Episcopus donationem bonorum in Binsfeld, Thungeden (Thüngen) et Wilbrechteshausen, a Mechtilde, Relicta Alberti de Sternberg, fratris Bertholdi quondam Episcopi, domui Hospitalis Sancti Johannis Herbipoli factam, confirmat. Datum feria quinta post dominicam Invocavit (19. Feb.).

Civis Herbipolensis, dictus Nichte, Collegio Novi Monasterii legat redditus ex vineis in monte Kalmunt, marchiae Thüngersheim. Datum in festo Kathedrae Petri (22. Feb.).

Manegoldus, Episcopus Herbipolensis, civibus in Ippehoven ad structuram civitatis concedit octuaginta libras Hallensium et decem carrata vini, per quatuor annos. Dat. in festo Cathedrae Petri (22. Feb.). Pontif. anno V.

Arnoldi Babenbergensis Episcopi licentia, conventui in Langheim indulta, capiendi pisces in lacu de Oberwaldenstatt (praef. Lichtenfels), etiam ultra terrae suae limites et praefixum unius diei terminum. Dat. Lichtenvels in crastino B. Petri Apostoli (23. Feb.).

Cunradus Sweigererius miles conventui in Coeliporta vendit bona sua, Comiti de Wilperg feodalia, in villa Himmelstadt, quae quondam fuerant Billungi de Gutenbiegen. Actum feria quinta post dominicam Reminiscere (26. Feb.).

Fridericus de Hettingesvelt, filius Egelofi junioris, monasterio Ebracensi vendit decem maldra siliginis ex curia Wolvoldi in Herchsheim. Datum feria sexta ante dominicam Laetare (6. Mart.).

Annus.	Bavarica.
1293.	die neue Schenkung von Hembauer (Hemman), und was er auf dem Tangrmtel hat, ausgenommen, was davon nach Hirschberg und Breiteneck gehört, so wie vom Peutner-Forst, und der Burg und Forst zu Hösching abermals bekräftigen will. Gegeben zu Ingolstadt an dem achten Tag nach Sant Matthistag der zwelf Boten (3. Mart.).
	Heinricus, Abbas monasterii Indersdorfensis, ecclesiae Sanctae Mariae in Furstenfeld vendit duas curias in Puch. Acta IV. Non. (4.) Martii, Ind. VI.
	Rudgerus de Capella junior ecclesiae Sancti Emmerami vendit curiam suam in Inferiori Isning, et domum suam Ratisponae, dictam der Stadel, LX. libris denariorum Ratisponensium, annuente Heinrico Episcopo Ratisponensi. Dat. Ratisponae Id. (15.) Martii.
	Ludovicus, Dux Bavariae, ecclesiae Sanctae Mariae in Fürstenvelt cedit jure Advocatiae super duabus curiis in Puch, a monasteriio Indersdorf acquisitis. Datum Monaci XVII. Kal. Aprilis (16. Mart.).
	Karolus, Abbas Sancti Emmerami, in solutionem pretii pro curia in Inferiori Isning et domu, dicta der Stadel, erogandi, ab Elisabetha conversa Setzarii, V. talenta mutuatur. Dat. Ratisponae XV. Kal. Aprilis (18. Mart.).
	Otto, Dux Bavariae, immunitatem ab Advocatia, praediis Rorensis monasterii in Gaunacher a patre suo Heinrico et avo Ottone indultam, confirmat. Datum et actum Ratisponae in die Palmarum in sero (22 Mart.).
Aprilis.	Leutholdus de Chunring Episcopo Wernero resignat jus patronatus ecclesiae in Alprechtskirchen, prope Welnich. Actum feria IV. post dominicam Quasi modo geniti (8. April.).
	Karolus Abbas ad Oblaiam Sancti Emmerami deputat vineam sitam in monte Veldsperch prope Ratisponam, ex altera parte Danubii, ab Ekperto de Weihs pro anniversario celebrando resignatam. Actum et datum in die beati Georii (24. April.).

Alemanica.	Franconica.

Ex laudo Anselmi, Abbatis ad Sanctum Burchardum, et Hermanni Abbatis ad Sanctum Stephanum, Heinricus dictus Muzensheim monasterio ad Sanctum Jacobum Herbipoli annuatim persolvat duas libras Hallensium, ex bonis suis in villa et marchia Heidingsfeld. Datum Sabbato Sitientes (14. Mart.).

Hedwigis, Relicta quondam Rudolphi dicti de Kitzingen, monasterio in Langheim tradit bona quaedam in Kunebach et Hohenrode, marchiae Herbipolensis, itidemque conventui in Sonnenfeld tria jugera vineti in Gratz. Datum et actum feria secunda post dominicam Laetare Jerusalem (16. Mart.).

Cunradus Comes de Wilperg sanctimonialibus in Coeliporta appropriat bona in villa Himmelstat, quondam Billungo de Gutenbigen appertinentia, et pro recompensatione feodi a Schweigerero milite, fideli ipsius, recipit molendinum unum et quosdam hortos in Cellingen. Datum pridie Kal. Aprilis (31. Mart.).

Marggraf Heinrich von Burgowe und dessen Enkel, auch Marggraf Heinrich, verkaufen an Bischof Wolfhard zu Augsburg die Burg Sifritsperge (Seifriedsberg, praef. Ursberg) nebst den vier Kirchensaetzen, zu Zehemanshusen (Ziemetshausen), Riet, Arnoldsried (Arestried) und Ramoltsriet, der Vogteylichkeit zu Burch, Leuthershusen, Busenweiler, Balleshausen (Balzhausen) und Mimmenhusen, desgleichen im Fall einer nicht erfolgenden Auslösung

Ludwicus, Comes de Oetingen, nomine filii sui Friderici et uxoris suae Elizabethae, filiae Wolframi Advocati de Dornberg, monasterio Halsprunnensi CXXX. libris Hallensium et XX. denariis vendit duas curias cum duabus areis, dictis Selhuser, prius de Friderico de Bruckberg coëmtas. Act. Kal. (1.) Aprilis. Testis: Ul. Scultetus de Onoltspach, dictus Spiez.

Frater Albertus dictus Selphar, Conversus, ex proventibus bonorum suorum in Wielantsheim (pr. Iphofen) Winrico Abbati de Ebera assignat censum annonae, et ex curia Eberacensi in Rotelse XIV. urnas vini melioris. Datum feria quarta post diem annunciationis dominicae (1. April.).

Annus.	Bávarica.
1293.	
Maius.	Otto, Palatinus Comes Reni, Dux Bawariae, cum fratrum Ludwici et Stephani consensu, immunitatem monasterii in Malhartsdorf, a patre suo Heinrico anno MCCLXV. indultam, recognoscit. Datum et renovatum Ratisbonae, in die Philippi et Jacobi beatorum Apostolorum (1. Maii.). (M. B. XV. 275.)
	Karolus, Abbas Sancti Emmerami, ut in diebus rogationum fratres piscibus provideantur statuit. Dat. in inventione Sanctae Crucis (3. Maii).
	Das Capitel Sant Andree ze Frisingen sichert dem Techant Chunrat Wilbrecht zu Sant Peter einen Jahrstag zu, für dessen Beitrag zu dem vom Berchtold dem Schrencken erkauften Haus an der Niwenhauser Gazzen in Munchen. Geschehen und gehandelt an der Helgentage, Nerei, Archillei et Pangracii (12. Maii). (M. B. XIX. 494.)

Alemanica.	Franconica.
nach zwei Iahren, auch Pfaffenhusen, und Gozershusen (Obergessertshausen). Geschehen am fünften Tage da Abrelle anviench (intrante (5.) Aprili). Cuuradus, Abbas monasterii Campidonensis, Wolfhardo, Episcopo Augusteusi, C. marcis argenti vendit quaedam bona ac possessiones, sitas in Ritter-Rot (Unterroth, praef. Illertissen), cum jure Patronatus ibidem. Act. et dat. IV. Id. (10.) April.	Transactio inter cives aliquos Herbipolenses, Hermannum de Schwarzach et monasterium sanctimonialium in Coeliporta. Feria secunda proxima post octavam Paschae (6. April.). Henricus de Buchbrunnen Domui Theutonicorum Herbipoli vendit proventus ex vineis am Holzwege, et ex bonis in villa Euerhausen. Datum feria quinta post octavas Paschae (9. April.). Onolsbacense Capitulum Jeuchae, dictae Balneatrici, in emphyteusin donat pratum apud Ratizenam, contiguum pratum, dictum Leygast, et pratum Cammerforst, sub remissione census, a Gebhardo Canonico quondam constituti. Act. feria sexta proxima ante festum beatorum Martirum Tyburcii et Valeriani (10. April.). Manegoldo Episcopo Herbipolensi conciliante Fridericus de Hafsfurt, pretio accepto, conventum Ebracensem in mansis villarum Otendorf et Tuchendorf ulterius turbare desinat. Datum feria secunda proxima post dominicam Jubilate (20. April.). Adolphus, Romanorum Rex, privilegia civium de Nurembera confirmat. Dat. apud Nuremberg III. Kal. Maii (29. April.). Ind. VI.
Monasterium in Ohsenhusen, ad monasterium Sancti Blasii Nigrae Silvae pertinens, donat monasterio in Ottenburrun proprietatem fundi, in quo castrum in Limberch (hodie silva et mons inter Erkheim et Westerheim) constructum fuisse dinoscitur, sub ea lege, ut castrum illud cum monte penitus destruantur. Dat. XII. Kal. Junii (21. Maii). Ind. VI. Diepoldus ac Gerwigerus, fratres dicti Gussen de Lyphain, jus ipsorum in	Manegoldus Herbipolensis Episcopus antecessorum privilegia, monasterio in Marienburghausen concessa, confirmat. Datum Kal. (1.) Maii. Idem sanctimonialibus in Marburghausen confirmat bona in Tarissa (Theres), Volkoldeshusen (Volkershausen), Richalmeshusen (Reckertshausen), Etehusen (Eidhausen), Humbrehteshusen, Holthusen, Uteuhoven, Silbach, Reimarshoven, (Remertshofen), Halmansdorf, Dampsdorf (Donnersdorf), Wizzenbrunnen, Willofesdorf (desolata nunc), Arnoldesbach (Arlsbach), Heilingen (Hellingen), Münster, Hilteboldesdorf (Hilckersdorf), Ruchelin (Rügheim), Wunfurth, Bernhausen, Steinach et Wiesenhausen Dat. Kal. (1.) Maii, Pontif. anno VI.

Annus.	Bavarica.
1293.	Die Aebtissin Jeut von Kuepach verkauft dem Abt Volchmar zu Fürstenfeld einen Hof zu Puech. Geschehen VII. Id. (13.) Maii, Ind. VI.
	Wernher Abt, und das Convent ze Reichenwach, verkaufen Herrn Otten Faulwisser ze Regenspurg ihr Guot oder Guelt ze Swetzendorf. Geschehn des Pfintzt ges nach Pfingsten, do man beginnt daz ampt von dem heiligen Leichnamen unsers Herrn (21. Maii).
	Bischof Heinrichs zu Regensburg und des Grafen von Hirschberg schiedsrichterliche Anordnung zwischen den Herzogen Otto, Ludwig und Stephan, über die von ihnen zu beobachtende Hofeszucht. Gescheha daz Vilshofen, des nähsten Sampztages vor Sand Erasmentag (30. Maii). vid. *Ried* l. c. num. 678.

Alemanica.

prato quodam in Liphain resignant ad manus Decani in Valheim, tanquam Procuratoris Episcopi Augustensis Wolfardi. Testis: Otto Minister; Ulricus Magister Civium; Ulricus dictus Gwärluch senior; Liuprandus dictus de Halle, Consules in Ulma. Actum et datum Vlmae XI. Kal Junii (22. Maii).

Hiltprandus de Biberpach, Imperialis Aulae Marscalcus, Dominabus in Medingen vendit quaedam bona, Regno feudalia, in Berchcim, in Stetten, Gailenhoven, Nordholz, et in Brunnen; pro quibus in recompensationem recipit duas curias cum tribus areis in Winterpach, curiasque in Holzheim et in Isingershoven, denuo ei infeudandas, confirmante Adolfo Rege. Dat. Augustae Ind. VI. Regni Adolfi anno I.

Franconica.

Cunegundis Abbatissa in Schonowe emit quoddam praedium in villa Wirswelt (Weiersfeld) de Ludewico Comite juniore felicis memoriae Domini Ludewici quondam Comitis in Rineck filio, per manum sororii ipsius, Domini de Hagenowe, Dominae Elizabeth sororis Ludewici, et Dominae Berthae de Kazineliubogen. Sigillator: Gerhardus Comes Dominus de Hagenowe. Acta in monasterio Schonau Ind. VI. in die Sanctae Walburgis Virginis (1. Maii).

Arnoldus de Spiezheim Decanus majoris ecclesiae, Gubernator Hospitalis infirmorum Sancti Theoderici Herbipoli, elocat domum quandam, Herbipoli sitam. Datum in diebus rogationum (3 – 9. Maii).

Adolphus, Romanorum Rex, Conrado dicto Stromeier de Nuremberg confirmat Officium foresti Norimbergensis, quod Vorstamt vulgariter dicitur. Dat. in Cadolzpurgk III. Non. (5) Maii. Ind. VI.
vid. *Historia Norimb. dipl.* S. 187.

Fridericus, Ulricus et Otto, fratres, Comites de Truhendingen, cum consensu Friderici de Truhendingen, patrui et Canonici Babenbergensis, Agnetis, matris ipsius, et Kraftonis de Hohenloch, in defalcationem C.C. librarum denariorum Babenbergensium, a patre Friderico ecclesiae Langheimensi legatarum, tradunt villam suam dictam Eicheck (Eichig, praef. Lichtenfels) pro LXXVI. libris denariorum Babenbergensium. Dat. Sabbato post diem Ascensionis domini (9. Maii).

Otto, et Hermannus filius ejusdem, Marchiones de Brandenburg, mortuo viro nobili Boppone quondam Comite de Henninberg, mediante Heinrico Comite de Stahelberg, oppignorant Manegoldo Episcopo Herbipolensi castrum Kitziche cum oppido, castrum Steinach, castrum Rottinstein, et oppidum Kunegeshoven, pro quatuor millibus marcarum argenti. Actum apud Schwinfurta. Datum vero in monte Bauberg III. Id. (13.) Maii.

Annus.	Bavarica.
1293.	

Alemanica.	Franconica.

Fratres Capituli ecclesiae Fuhtwangensis sanctimónialibus in Selgenporta vendunt vineas in Ahusen, ad culturam redactas, aliasque ibidem Mogo adjacentes, XX. libris Hallensibus, quarum pretium in fundum Willer, civitati Fuhtwang adjacentem, quo vivarium facere decrerunt, expendi debeat. Dat. apud Futhwanch Potentione Virg. (19. Maii).

Gertrudis dicta Rumpeltessin monasterio Ebracensi tradit curiam suam in Rudenhusen. Datum Urbani Papae et martiris (25. Maii).

Gotfridus Struma de Vlügelingen confirmat venditionem bonorum quorundam in Walgershovin, a dilecto suo Hainrico dicto Nauta de Druhmutshaim fratribus Domus Theuthonicorum apud Ellingen factam. Actum in die S. Urbani (25. Maii).

Manegoldi, Episcopi Herbipolensis, privilegium pro Beginis civitatis Herbipolensis, incidendi et vendendi pannos, manuum suarum labore paratos. Datum Herbipoli VII. Kal. Junii (26. Maii). Pontif. anno VI.

Gotfridus de Haidegke donat Fratribus Ordinis Theutonicorum in Maezzingen duas curias in Nothartstorf, ab Hermanno de Stauffe sibi refutatas. Datum apud Nuremberch, in crastino B. Urbani (26. Maii).

Heinricus Comes de Kastele cum conjuge Adelheide Hospitali Sancti Johannis Herbipoli vendit pratum, situm in Marchia Bebendorf. Acta feria tertia proxima post festum Sancti Urbani (26. Maii).

Ulricus nobilis de Durne Religiosis inclusis, Sophiae et Kunigundi, filiabus Utonis militis Dapiferi de Kastel, donat duos mansos et dimidium in Abtswind. Testis: Albertus miles de Rudenhusen, dictus Schelle. Datum et actum V. Kal. Junii (28. Maii).

Chunradus junior Burggravius de Nurenberch Commendatori et Fratribus Domus Thaeotonicae in Nurenberch donat Advocatiam quandam in Rotenbach super bonis Domus Thaeotonicae, a se

Annus	Bávárica.
1293.	
Junius.	Wolfker von Aw verkauft dem Bischoflichen Schaffner Ladislaus die Renten aus den Gütern zu Mezelstorf und Laffendorf. Geschehn an dem Martyrer Tag Primi et Feliciani (9. Junii).
	Ludovicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, commutat cum monasterio in Tegernsee hubam suam in Dotenhawsen pro curia sita in Grunenwalde. Dat. Monaci in die beati Barnabae Apostoli (11. Junii). (M. B. VI. 234.)
	Chunradus Praepositus, Chunradus Decanus ecclesiae Ratisponensis, Karolus Abbas Sancti Emmerami, Matheus Abbas Sancti Jacobi, Alheidis Inferioris et Alheidis Superioris Monasterii Abbatissae. Henricus Veteris Capellae, et Ludwicus Sancti Johannis Decani contra exactiones extraordinarias civitatis Ratisponensis sese consociant. Act. Ratisponae pridie Idus (12.) Junii.
	Lodwicus, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, ecclesiae in Tegernsee donat Ulricum, filium Friderici de Pintznawe, Judicis sui in Aiblingen, tamquam ministerialem ad Officium Camerae. Dat. Monaci pridie Id. (12.) Junii. (M. B. VI. 233)
	Fridericus dictus de Pinzenowe renunciat omni juri in praedia ad Officium Camerariatus monasterii Tegernseensis spectantia et per Warngaverios distracta. Dat. in die beati Viti (15. Jun.). (M. B. VI 234.)
	Die von Chol und von Tumperch tauschen ihre Güter an das Stift Hegelwerd. Geschehn an S.S. Gervas und Prothas Tage (19. Jun.).
	Literae confraternitatis Capituli ecclesiae Sancti Kastuli in Mospurga pro Domino Meinhardo, illustri Duce Karinthiae. Act. et dat. Mospurgae IX. Kal. Julii, h. e. in vigilia beati Johannis Baptistae (23. Jun.).

Alemanica.

Bertholdus et Sifridus fratres, Dapiferi de Chulntal, Heinrico, Abbati de Caesarea, vendunt curiam suam in Ostendorf, excepta der Hertschaft und dem Flur. Testes: Reinwardus Minister in Werdea; Ulricus Lang, Civis in Werdea. Dat. et act. XVIII. Kal. Julii (14. Junii).

Vlricus Comes de Helfenstain omnes possessiones suas, quae Dominus Hainricus miles de Münster in feodo ab illo tenuit, donat Praeposito et conventui B. M. in Wettenhusen. Testes: Dom. Ulr. Plebanus in Altham; Dom. Fridericus Sacerdos de Ballendorf; Dom. Ludewicus Plebanus de Giselingen; Vlr. Rector ecclesiae in Ringigen; Dom. Hainricus miles de Teggingen; Albertus Minister de Giselingen; Rudolfus de Vlma, Civis in Giselingen. Datum Giselingen VI. Kal. Iul. (26. Jun.). Ind. VI.

Franconica.

Cunrado quondam Butiglario dicto de Kurnburch et Heinrico filio ejus in feudo datam, a Domina N. de Vestenberch, Relicta Cunradi, oppignoratam sibique jam resignatam. Datum sabbato proximo post festum B. Urbani (30. Maii).

Arnoldus, Babenbergensis Episcopus, XII. fratribus sedium appropriat parvam decimam in villa Neisen (Naisa, praef. Bamberg.), a Kunmundo de Giech sibi refutatam. Dat. et act. Babenbergae, die dominica ante diem Sanctorum Primi et Feliciani (7. Jun.).

Manegoldo Episcopo Herbipolensi mediante Alheidis, Comitissa, Relicta Hermanni Comitis de Henneberg junioris, ecclesiae in Hauge persolvat decimas ex bonis suis in Sweinfurth, caeterisque, quas antea tenuerat, renunciet. Actum in oppido Swinvorde, feria secunda post festum beati Bonifacii Episcopi et Martyris (8. Junii).

Chunrat von Gyech und sein Sohn Cunrat, Chorherr zu dem Dom zu Bamberg, verkaufen an Hermann Zirn zu Sanct Jacob in Bamberg ihr Gut zu Kliucawe (Kleuckheim, praef. Hallstatt) als Leben. Geschehn an dem vierten Tage vor Sanct Vites Tage (10. Junii).

Gertrudis de Reinstein, Relicta Heinrici Hakonis, Conrado de Hochheim vendit curiam et medietatem bonorum in Witolshusen (Weigoltshausen). Testis: Eckehardus Dapifer. Datum in die beati Viti (15 Junii), Pontif. Manegoldi anno VI.

Gotfridus de Bruneeke et Elisabeth uxor sua, cum consensu liberorum, Andreae, Gotfridi, Conradi, Emichonis, Elizabethae et Wilbirgis, vendunt monasterio in Halsprunne CX. libris Hallensium possessiones suas in Waltmanneshofen (Waldmannshofen, nunc intra fines Würtemb.). Dat. XI. Kal. Julii (21. Junii) in die Sancti Albani Martiris. Testes: Heilmannus de Geilnhusen, dictus Forstmeister; Cunradus Dapifer; Heinricus Scultetus de Boltolsheim,

Annus.	Bavarica.
1293.	
Julius.	Versicherung Graf Gebhards von Hirzperch für allen, seit der Verträge von Neuburg und Ingolstadt verursachten Schaden, zu stehen, und diese Verträge auch den Söhnen des Herzog Ludwigs, Rudolf, Ludwig und Ludwig, halten zu wollen. Gegeben zu dem Niwenmarkte, des naechsten tages vor Sand Ulriches Tag (3. Julii).
	Guillerinus, Abbas Praemonstratensis, Episcopum Ratisponensem Heinricum bonorum spiritualium participem reddit. Dat. pridie Non. (6.) Julii. vid. *Ried* l. c. num. 680.
	Otto, Lodwicus et Stephanus Duces Bavariae, Henricum, Ratisponensem Episcopum atque Clerum suum a postulata contributione seu subsidio ob debitorum suorum onera, liberant. Dat. Ratisponae IV. Id. (12.) Julii. vid. *Hund* l. c. I. 230.

Alemanica.

Chunradus de Eberstal monasterio in Schoenveld Superiori assignat curiam unam et duas seldas, sitas in Rieth, a vasallo suo, Chunrado de Revingen, sibi resignatas. Act. et dat. VI. Non. (2.) Julii. Testis: Siboto Curialis Cervus, civis Augustensis.

Heinrich Margrave ze Burgowe belehnt Rudolfen, Burgern ze Auspurch, seinen gewesenen ersten Schreiber, mit zween Höfen und vier Hofstet im Dorf Bintzwang, worüber sie vorher im Streit gestanden, als Pfand um hundert Mark Silber rechter Haimsteuer für Iremgard, Rudolfs Hausfrau. Geben ze Pochsperch an dem Montage nach S. Margreten Tag (20. Jul.).

Franconica.

Manegoldo Episcopo Herbipolensi consentiente Wolframus de Grunbach, Praepositus Novi Monasterii, Craftoni de Hohenloch, Margarethae collaterali, et filiis Conrado et Craftoni, tradit proventus in villa Bechelingen, pro illis in Saechsenheim. Datum in crastino Apostolorum Petri et Pauli (30. Jun.). Testis: Rodolfus Comes de Wertheim.

Heinricus Weibeler civis Herbipolensis recipit ab Episcopo Manegoldo quartam partem fructuum vineti in der Schottenauwe, nomine feodi possidendam. Datum Herbipoli V. Non. (3.) Julii.

Gerdrut, Abbetessin zu Markburgehusen, empfängt von Cunrat Eseler, Burger zu Babenberc, ein Seelgeräth, gestiftet aus einem Gute zu Sylbach, und IV. Unzen von einem Gute zu Obereuerheim. Geschehen an dem nehesten Vritage nach Petri unde Pauli der Zwelif-boten (3. Jul.) bi Kunic Adolfes Ziten.

Conventus ad Sanctam Agnetem Herbipoli comparat quandam vineam zu dem Geren, in Marchia Heidingsfeld. Datum in octava Apostolorum Petri et Pauli (6. Julii).

Heinricus, Pincerna de Rossebere, a fratre Walkuno, Magistro Aridae curiae, censum annuum ex curia et areis ante castrum Rossebere, ad septem annos sibi persolutum esse recognoscit. Actum et datum in festo Sancti Kyliani (8. Jul.).

Albertus et Fridericus fratres de Hohenloch Commendatori et fratribus Domus Hospitalis Jerosolimitani in Rode vendunt prata quaedam in terminis villarum Scheckenbach et Orenbach et nemus dictum Wedeklingen, de nobilibus et ignobilibus in Orenbach sibi acquisitum; pro consensu fratrum Comitum minorennium fidejubent Gotfridus de Walmersbach dictus de Grumach et Cunradus dictus Asinus de Ilensheim. Testes: Hildebrandus de Sauensheim; Ulricus Dapifer; Sybodo Commendator in Rhode. Dat. et act. in die B. Virginis Margarethae (13. Jul.).

Annus.	Bavarica.
1293. *Augustus.*	Wolfhardi Augustensis Episcopi consensu monasterium in Ottenburen Domino Meinhardo, Duci Karinthiae, vendit bona sua in parochia Sils, Brixinensis Diöcesis, CXXX. marcis denariorum parvorum. Dat. in castro Buech VI. Id. (8.) Augusti.
	Gebhardus, Landchravius de Leukenberge, coenobio Felicis Portae cedit omni jure suo in bonis Pollingae sitis, a se fratribus Ulrico et Heinrico de Pollingen infeudatis. Dat. feria IV. post Laurentii festum (12. Aug.).
	Wernhardus, Praepositus ecclesiae in Slchtorf, commutat cum Abbate in Burren pratum suum, uf dem Werven vocatum, pro alio prato, die Ober Aeinoede appellato. Datum in assumtione Sanctae Mariae (15. Aug.).
	Erzbischof Chunrad von Salzburg bestättigt den Verkauf des Guts Vollnbach (vom 9. Junii am Tage Primi et Feliciani) an Propst Friedrich zu Hegelwerd. Gegeben an Sant Bartholomaeus Tage (24. Aug.).
	Ludwig und Ott, Herzogen ze Baiern, vereinigen sich mit dem Bischof Heinrich von Regensburg und ihrem Oheim, Graf Gebhart von Hirzperch, daz hewer ditz Jar bis Michaelis über ein Jahr, nieman über al das Land ze Baiern kein Bier briwen soll, unverzigen doch der Priwenreht ze Regensburg. Geben zu Regensburg Mitichen vor Sant Gylin (26. Aug.). vid. *Ried* l. c. num. 681.
	Perchtoldus, Comes de Eschenloch, monasterio in Peuren confert duas hubas suas in Germisgawe, pro anniversario suo. Actum in vigilia Augustini Episcopi (27. Aug.) in monasterio Burensi. (M. B. VII. 151.)
September.	Wernardi Episcopi Pataviensis consensu, Chunradus, Praepositus Sancti Nicolai, Magistro Engelschalko, Canonico Pataviensi, locat domos quasdam in Foro Novo, ab Heinrico de Iuna, monasterio suo concessas. Dat. Pataviae in die Sancti Egidii confessoris (1. Sept.).
	Seifried der Frumesel genehmigt seines Vaters, Herrn Weimmars von Scheerding, Vermächtnifs eines halben Pfundes Passauer Pfenning jährlicher Gilt, aus seinem Hofe zu Sivain, für ein ewiges Licht in Fürstenzell. Geschehn am Sand Giligentag (1. Sept.).

Alemanica.

Hainricus, Ministerialis Imperii, dictus de Hattenberge, Cunrado de Sevelingen resignat curiam in Schonenbach, sub consensu monasterii in Schonenfld. Dat. in Superiori Schoenvelt XIII. Kal. Septembris (20. Aug.) in die Sancti Bernhardi.

Wipoto de Husen, Abbati de Caesarea a strenuo milite, patre suo Wipotone de Husen, mansum in Tetenheim rite legatum esse agnoscit. Dat. et act. in Caesarea III. Non. (3.) Septembris.

Franconica.

Decima in marchia Elbrichesbusen (Elfershausen), dicta Hostheim, ad oblationem ecclesiae majoris hactenus pertinens, monasterio Frowenrode restituitur. Datum in die beati Laurentii Martyris (10. Aug.).

Eberhardus Nobilis de Mofsbach monasterio Sancti Stephani donat molendinum in Wulfrichshausen, ob damna dicto monasterio illata. Sigillator: Commendator Burchardus in Munrichstadt. Datum feria tertia post assumtionem Virginis gloriosae (18. Aug.).

Heinricius Comes de Castele Henricum, dictum Cruzinich, Castellanum castri Halleberg constituit, cum licentia, Arnoldo Episcopo Babenbergensi aliquo tempore deserviendi. Datum feria sexta infra octavas assumptionis beatae Virginis (21. Aug.). Testis: Wolframus de Grumbach, Praepositus Novi Monasterii.

Elizabeth, Abbatissa sanctimonialium Paradisi in villa Heidingsfeld, obligatam sese agnoscit exhibendi conventui S. Stephani censum ex allodio in Fuchsstadt, ad ecclesiam suam devoluto, et reluendi onus, das Heybetrecht dictum. Actum et datum in die beati Bartholomaei Apostoli (24. Aug.).

Commendator Hospitalis Sancti Joannis Herbipoli Capitulo in Haugis offert censum ex bonis suis in Superiori Bleichfeld, pro illo in Inferiori Pleichfeld. Datum et actum in decollatione beati Johannis Baptistae (29. Aug.).

Heinricus et Fridericus Comites de Kastel Gotzwino Struber antiquo appropriant vinetum in monte Huswerth, pro substituto sibi alio bono in pede montis Keller et in Ostheim. Datum in nativitate beatae Virginis (8. Sept.).

Nicolaus in Cripta, Vicarius majoris ecclesiae Herbipolensis, de Conrado Magistro laterum acquirit vinetum in Vlechenode, sub castro Rossberg. Actum in octava nativitatis beatae Virginis Mariae (15. Sept.).

Annus.	Bavarica.
1295.	Bischoff Heinrich von Regensburg verkündet die getroffene Vermittlung und Satzung zwischen den Herzogen Ludwig und Otto von Baiern. Geben Regenspurg Pfinztag nach Sand Gilien Tag (3. Sept.).
	Ulrich der Eysenman gibt der Schwester Machthilt von Satelberch, Abbtesin ze Munichen, Sand Claren Ordens, den Hof ze Ramoldestorff ze einem Selgeraet. Geschehen an Sand Matheis Abent (20. Sept.). (M. B. XVIII. 14.)
	Albertus Dux Austriae confirmat monasterio Sancti Nicolai liberi transitus privilegium, a Friderico Duce anno MCCXL. datum. Dat Wiennae VIII. Kal. Octobris (24. Sept.). vid. *Hund* l. c. II. 576.
	Bischof Heinrichs und Herzog Ottos von Baiern Schiedsspruch zwischen Chunrad von Hohenvels und Ulrich dem Druchsaetz von Ekkenmuel, und ihren Gesellen, um ihres bisherigen Chriechs Getat und Schaden. Gegeben daze Regenspurch am Sand Michaelis Abend (28. Sept.). vid. *Ried* l. c. num. 682.
October	Capitulum Ratisponense monasterio Pruviningensi contra Ottonem Chazer, pratum in Ringolstwinkel adjudicat. Actum Ratisponae feria VI. post Michael (2. Oct.).
	Coram Lodwico, Comite Palatino Rheni, Duce Bavariae, Heinricus de Hohenchirchen, Judex suus in Swaben, tradit monasterio Furstenfeldensi bona sua in Leucharsdorf et molendinum in Herfurt. Datum Monaci XI. Kal. Novembris (22. Oct.). (M. B. IX. 110.)
November.	Das Kloster Fürstenzell überläſst vor dem Richter Johann Gundacher zu Passau ein Haus am Markt, am neuen Graben, an Heinrich den Haizinger, zu Burgrecht. Geschehn nach Allerheiligen Tage (2. Nov.).
	Die Bürger zu Aichach und die Brüder von dem tiuzchin Huse daselbst vergleichen sich über ihre bisherige Zerwerfung. Zeugen: Amilbrecht von Griezpach Richter; Berchtold der Schenk von Sulzpach; Ulrich und Merboth von Withlispach; Berchtold v. Snaipach; Heinrich Diröder, die edlin Liete; Heinrich v. Snaipach des Herzogen Amman. An dem nächstin Mantage vor S. Martinstage (2. Nov.).

Alemanica.	Franconica.

Coram Lupoldo de Wiltingen, Praeposito Sancti Johannis in Houge, honesta matrona Adelheidis, filia Rasponis, dicta Schaezlin, legat inter vivos Domino Rudgero, Novi Monasterii Canonico, unum mansum in villa Eisleiben. Datum et actum in octava Sanctae Mariae Virginis (15. Sept.).

Sorores Lubgardis et Elisabeth, filiae quondam Rudegeri de Geylenhusen, Capitulo majoris ecclesiae Herbipoli resignant jus suum in quandam curiam oppidi Carlstadt. Sigillator: Manegoldus Episcopus Herbipolensis. Datum Herbipoli in vigilia beati Michaelis (28. Sept.).

Domina Adelheidis Comitissa, Relicta quondam nobilis Domini, Comitis Hermanni de Hennenberg, nata de Trimperg, et Hermannus Comes junior de Hennenberg, senior ipsius filius, vendunt domui Teutonicae in Munrichstat villam Eltingeshusen (praef. Euerdorf), LX. libris Hallensibus, et ordinatis sibi post mortem anniversarii solennitatibus. Testes: Gyso miles de Steinach; Otto Steten Castrensis in Munnerstat. Datum et actum Munnerstat pridie Kal. Octobris (30. Sept.). Ind. VII.

Frater Ruggerus, Commendator Hospitalis Sancti Joannis Herbipoli, censum pro luminari in majori ecclesia, hactenus ex bonis in Inferiori Bleichvelt solutum, in bona Superioris Bleichvelt suscipit. Datum et actum IV. Kal. Novembris (29. Oct.).

Manegoldus, Herbipolensis Episcopus, Universitati Judaeorum Herbipolensium durante Adolfi Regis Imperio imponit sexcentas libras Hallensium annuatim solvendas, et mortuo eo mille libras quotannis. Testes: Arnoldus Decanus; Lupoldus Praepositus in Houge. Datum et actum in die seu festo omnium Sanctorum (1. Nov.). Pontif. Manegoldi Episcopi Herbipolensis anno VI.

Alemanica: Rubräht der Fleischmann, schenkt auf sein und seiner Hausfrau Richinzen Ableben den Mindern Brüdern zu Augsburg seine halbe Hube zu Gershofen. Ditz geschah an S. Clementen tage (23. Nov.).

Annus.	Bavarica.
1293.	Geuta, Gebhardi Lantgravii de Loukenberge Vidua, cum consensu Ulrici filii, deputat ecclesiae Michelveldensi LX. denarios monetae Babenbergensis, singulis annis de censu inferioris molendini in Begniz. Acta in vigilia Martini (10. Nov.). vid. *M. B.* XXV. 115.
	Otte von Scheerding vermacht dem Kloster Fürstenzell seinen Hof zu Prunne bey der Vils. Geschehn an Sand Marteins Tag ze Pazzaw in der Stadt (11. Nov.).
	Wernher, Herrn Chunrads Sohn unter dem Berg, verleihet Mathilden der Chruchinn, und Mähthild, ihres Vettern Tochter, einige zum Kloster in Niunburch (Neuburg) lehenbare Grundstücke in dortiger Gegend. Geschehn ze Niunburch an Sand Andres Tage (30. Nov.). Zeuge: Ver Agnes von Tunerspach die Aebtissin.
December.	Ulricus Pellifex Chunradi Abbati in Superiori Altha cedit praediolo in Maeting. Acta Kal. (1.) Decembris, Ind. VI.
	Mit Genehmigung Lodwigs Pfallenz Grafen ze Rein und Herzogs ze Baiern, verkauft Chunrat Tivelhart, Burger ze München, einen Hof und eine Hube ze Weblingen an das Kloster Furstenfeld. Geben ze Snaitpach, Pfinztags nach Sanct Lucien-Tag (17. Dec.).
	Karolus, Abbas Sancti Emmerami, decimas in Dechpeten et in Peising ab Officio Cellariae transfert ad Officium Infirmariae. Act. et dat. in die beati Thomae Apostoli (21. Dec.).
	Ott von Mautthausen, Lehenmann der Herren Ulrich und Heinrich von Stauffeneck, schenkt dem Kloster Hegelwerd das Gut Fasslach. Gegeben nach Weihnachten an dem Erchtag MCCXCIV. (29. Dec. MCCXCIII?).
	H . . . de Schwangow, Regni Romani Ministerialis, monasterio in Steingaden confert curiam suam in Mosruetin. Act. Ind. VI.
	Eberhart von Phluchtorf verkauft dem Kloster ze Staingaden seinen Hof ze Kuzincoven. Geschehn am *D.* Suntach. (M. B. VI. 533.)

Alemanica.

Siboto der Stolzhirz, Bürger zu Augsburg, verkauft dem Kloster Schoenfeld fünf Güter zu Gotzertshusen um XC. Pfund Augsburger Pfennige. Geschehn an Sand Nicolaus Abend (5. Dec.). Zeugen: Heinrich der Stolzhirz, Stadtpfleger.

Gernoldus de Vilsecke Heinrico, Abbati Caesariensi, vendit Advocatiam villae Erpfenhusen, cum jure Patronatus ecclesiae ibidem, nec non cum decimis, resignatis a fratre suo Anshelmo, Plebano in Eberbach, praedictae ecclesiae in Erpfenhusen Pastore. Testes: Gebhardus, Abbas de Lorich; nobiles Domini Ulricus et filius ejus Ulricus, Comites de Helfenstein; Heinricus, Dapifer Comitis de Helfenstein, dictus Ureunt; Albertus Minister de Gislingen. Dat. et act. in Tunsdorf, in crastino Luciae (14. Dec.).

Waltherus Praepositus ecclesiae Sancti Johannis Constantiensis et Canonicus

Franconica.

Ebracense monasterium Dietherico, Gerlaco, et Heinrico, fratribus Flosculis, praebet sex libras Hallensium, propter impetitas possessiones in Windeheim prope Geroltshoven. Datum Caeciliae (22. Nov.).

Chuonradus Mornsheimarius omni juri Advocatiae in curia Langenaltheimensi, ad ecclesiam Sanctae Walburgis in Eystet pertinente, renunciat. Act. et datum Eistet in die Sancti Andreae Apostoli (30. Nov.). Coram judicibus ecclesiae Eistetensis, in praesentia Ulrici de Razzenstein, Praepositi, et O.... Schweffermann.

Lupoldus de Wiltingen, Praepositus Sancti Joannis in Hauge, Capitulo incorporat parochialem ecclesiam in Vechede (Marck- oder Niedernbreit). Sigillator: Manegoldus Episcopus Herbipolensis. Datum in crastino Sancti Andreae Apostoli (1. Dec.).

Coram Manegoldo, Episcopo Herbipolensi, Conradus de Rabensberg conventui de Coeliporta vendit redditus in villa Oppherbein (Opferbaum). Datum feria quinta post Andreae Apostoli (3. Dec.). Pontif. anno VI.

Elizabet, filia Ulrici de Eigesvelt, monasterio Coeliportae donat vineas in der niedern Auwe, marchiae Isoltstat (Eibelstadt). Datum feria sexta proxima ante Nicolai, pridie Nonas (4.) Decembris.

Manegoldus Episcopus Herbipolensis Joanni, Protonotario suo, confert curiam quandam, sitam in civitate Herbipolensi, vulgariter des Herzogenhof, pro oblatis sibi in feudum vineis in monte Rutwicoberg, juxta castrum Roſsberg, et Braulite, juxta villam Gerbrunne. Testes: Billungus Praepositus Castri Sanctae Mariae; Guntherus Capellanus Episcopi; Theodericus de Hohenberg Marscalcus. Datum Herbipoli IV. Id. (10.) Decembris.

Idem praefato Protonotario suo appropriat curiam, in civitate Herbipolensi sitam, vulgariter dictam des Herzogenhof, capellae

Annus	Bavarica.
1293.	
1294. Januarius.	Bischof Heinrich von Regensburg löfst von Eberhart von dem Tor die Güter zu Niuching, Rampsaw und Weidach. Geschehn an S. Fabian und Sebastian (20. Jan.). vid. *Ried* l. c. num. 683.
	Otto, Dux Bavariae, pro resarciendis damnis, tempore obsidionis castri Neuburg monasterio Cellensi illatis, concedit ei liberam annuam deductionem duorum talentorum salium majoris et octo minoris ligaminis, e Burchusen et Scherdingen. Dat. apud Vilshoven, in conversione beati Pauli Apostoli (25. Jan.). (M. B. V. 35.)

Alemanica.

monasterii Lindaugiensis, possessiones in Richerzstaige, incultas et desolatas, praebendae suae pertinentes, ad quinque jugera et unam saittellam aestimatas, ad plantandum ibidem vineta sub annuo censu locat. Datum Lindaugiae in curia sua, Ind. VII.

Franconica.

Sanctae Walburgis contiguam, per Ekelinum de Tetelbach dicto Joanni venditam. Datum Herbipoli IV. Id. (10.) Decembris.

Mainwardus Frikko de Wazzertruhendingen cum ecclesia Sancti Johannis Baptistae in Rebdorf convenit de communi prole Sophiae, filiae Heinrici Chiferlein, et Friderici, filii Bertholdi de Geiselsheim. Act. in die Sancti Stephani Prothomartiris (26. Dec.).

Adolph, Römischer König, verweist die Streitigkeiten zwischen dem Bischofe Arnold zu Bamberg und Heinrich dem Vogte zu Wida, wegen Erbauung der Burg an dem Kirchhofe zu Markschorgast (Gerichts Gefrees), an den Burggrafen zu Nürnberg. Geschehn ze Nürnberg den 27. December.

Goteboldus de Burgetor, civis Herbipolensis, Rudegero dicto de Chunegeshoven confert curiam suam, sitam inter curiam zu dem Rotenkolben, et pistrinum dicti de Acholdeshusen, portamque inter idem pistrinum et curiam Rutwici apud Mogum. Testes: Theodericus dictus Spiez; Cunradus de Zulichesheim, milites, Sculteti Herbipolenses.

Wigandus dictus de Tetelbach, civis Herbipolensis, Lukardi Abbatissae in Heiligenthal, ordinis Cisterciensis, vendit allodium suum in villa Witolshusen (Weigoltshausen); fidejussorem constituens Eckehardum Pincernam militem, Palatii Episcopalis Judicem. Sigillator: Manegoldus Episcopus Herbipolensis. Datum et actum in vigilia Epiphaniae Domini (5. Jan.). Pontif. Manegoldi anno VI.

Gutta, Aebtissin zu Sant Claren in Nürnberg, kauft von Herrn Johannes dem Willikin das Gut zu Algersdorf (praef. Hersbruck) um XCII. Pfund Heller. Geschehen an dem nächsten Tag nach dem Obersten Tag (7. Jan.).

Annus.	Bavarica.
1294.	

Alemanica.	Franconica.

Br. Albrecht der Commenthur ze Ellingen verkauft Herrn Meinwart v. Steinheim I. Pfund Heller aus dem Gut zu Sweinpül um XII. Pfund. Geschehen an S. Erharten Tage (8. Jan.).

Laudum in controversia Friderici Plebani in Mornsheim, et Friderici Etzelberger, super quodam praedio in Etzelberch, et super praedio in Schultheizendorf, ab Episcopo Eystetensi Reinbotone confirmatum. Act. et datum V. Id. (9.) Januarii.

Eigel de Roelbach Domui Theutonicae in Mergentheim tradit omnia bona sua in Heidbach et in Roelbach (Heubach et Roellbach, praef. Klingenberg). Dat. et act. in octava Epiphaniae Domini (13. Jan.).
vid. *Guden* l. c. IV. 975.

Arnoldus, Episcopus Babenbergensis, confirmat monasterio Langheimensi duas ecclesias Kulmanach (Kulmbach) et Drosenuelt, ex donatione Comitis de Orlamunde, quoad patronatum ad monasterium, quoad investituram ad Episcopum devolutas. Dat. Babenbergae in die beati Vincentii Martyris (22. Jan.).

Reversales Hartmanni Abbatis Langheimensis desuper exhibitae. Eodem.

Friderici et Ulrici fratrum, Comitum de Truhendingen consensu, Cunradus de Lellenuelt, dictus Urbuzze, monasterium Ahusense habitu religionis ingrediens, eidem monasterio infert praedia sua in Edramsuelt (Edersfeld), Susenhoven (Sausenhofen, praef. Gunzenhausen) et Titenheim (Dittenheim, praef. Heidenheim). Act. in castro Spielberch X. Kal. Februarii (23. Jan.) et datum Gunzenhusen XIII. Kal. Martii (17. Feb.). Testes: Otto, Abbas monasterii in Ahusen, Cunradus Rector puerorum monasterii in Heidenheim.

Gerhardus, Sanctae Moguntinae Sedis Archiepiscopus, conventui Fontis Sanctae Mariae, ordinis Cisterciensis, Moguntinae dioeceseos,

Annus.	Bavarica.
1294.	
Februarius.	Ludovicus Dux, in mortis articulo constitutus, ultimam voluntatem suam testatur. Actum et datum in Heidelberch Kal. (1.) Februarii.
	Otto, dictus Jahnstorfer, monasterio in Furstenzelle vendit curiam suam villicalem in *Prunn*, sibi a Claramia, filia Wurntonis quondam Wallarii, uxore Johannis filii Paltramnii, comparatam. Dat. et act. circa purificationem Virginis gloriosae (2. Febr.).
	Emicho, Frisingensis Episcopus, sacram peregrinationem ad ecclesiam Sancti Johannis Baptistae in Bayharting constituit. Datum Monaci XI. Kal. Martii (19. Febr.). (M. B. V. 470.)
	Otto, Dux Bavariae, monasterio in Alderspach, ob gravamina, tempore obsidionis castri Neunburch perpessa, singulis annis tria talenta majoris ligaminis, et duodecim minoris salium, tam in Burchhusa, quam in Schaerdinga deducendi, facit potestatem. Dat. apud Lantshutam proxima feria sexta ante dominicam Esto mihi (26. Feb.).
	Tutores Adelheidis, filiae Cunradi de Volsag de Meggenhusen, sanctimonialibus in Felici Porta vendunt curiam in Widenwanch. Dat. et act. III. Kal. Martii (27. Febr.). Ind. VII.
	Siboto de Giersruit et Chunradus de Mittelriut sanctimonialibus in Felici Porta vendunt curiam suam in Widenwang. Acta II. Kal. Martii (28. Febr.).

Alemanica.	Franconica.

incorporat ecclesiam Eckardeshusen (Eckartshausen). Datum apud Frankonenvort VI. Kal. Februarii (28. Jan.).

Manegoldus Herbipolensis Episcopus Capitulo Novi Monasterii donat Advocatiam, jura et jurisdictiones villae Rettersheim, quae vulgo dicitur zem Rinppe, a nobilibus viris Godfrido de Brunecke et Andrea filio ejusdem resignatas. Praesentibus: Heinrico Praeposito, Arnoldo Decano, Andrea de Gundelvingen Praeposito Orengeuwensi, Wolframo Praeposito ecclesiae Novi Monasterii. Datum et actum Herbipoli sabbato proximo ante purificationem beatae Virginis (30. Jan.).

Wolfhardus, Augustensis Episcopus, Heinrico, Abbati de Caesarea, in feodum censuale, Cinslehen, confert bona Reinbotonis Schroteri in Richartsweiler. Testes: Rudolfus de Hurnheim Decanus; Ulricus Notarius Episcopi. Dat. et act. Augustae in crastino Valentini Martiris (15. Febr.).

Vor Reinwart dem Amman und den Burgern ze Werde kauft der Apt von Cheisheim von Reinboten dem Schroter daz Guet ze Richartswiler. Gezeuge: Fridrich der Munsmeister. Ditz geschah in daz Vätern Huse ze Werde, an Sand Matheis Abent (23. Feb.).

Cuonradus, Abbas Campidonensis, Johanni, dicto in Foro, Civi Campidonensi, vendit duas tertias partes unius mansi, quae vulgo dicuntur Drittail, sitas in Velwen (Felben, praef. Kempten)

Gotfridus nobilis de Brunecke, Elizabeth conjux, et Andreas filius, Capitulo Novi Monasterii vendunt Advocatiam in villa Rettersheim, dictam zu dem Rippe. Datum et actum in vigilia purificationis Virginis gloriosae (1. Feb.), praesente Domino Wolframo, Praeposito Novi Monasterii.

Krafto Nobilis Vir de Hohenloch consensu filiorum, Conradi et Kraftonis junioris, vendit Hospitali S. Mariae Domus Teutonicorum in Mergentheim, CXLVII. libris Hallensibus, curiam suam in Erlach (modo desolatam, praef. Röttingen). Testes: Hermannus miles dictus Lesche; Cunradus miles de Vinsterlohe. Datum in purific. B. V. M. (2. Febr.).

Manegoldus Episcopus, Heinricus Praepositus, Arnoldus Decanus, totumque Capitulum Herbipolense, consentiunt in venditionem Advocatiae super quibusdam bonis monasterii de Hailsprunne, in villa Urach (Petersaurach), a Gotfrido de Heidecke et Cunegundi uxore monasterio Hailsprunnensi faciendam, oblatis prius a Gotfrido de Heidecke ecclesiae Herbipolensi in feudum aliis bonis in Imelendorf. Testes: Henricus de Wechmar, Praepositus Herbipolensis; Lupoldus de Wiltingen, Praepositus Sancti Johannis in Hauge. Dat. Herbipoli sexta feria post purificationem beatae Virginis (3. Feb.).

Annus.	Bavarica.
1294.	

Alemanica.	Franconica.

VII. Marcis argenti, ponderis Campidonensis. Dat. et act. Campidonae VI. Kal. Martii (24. Feb.). Ind. VII.

Gotfridus de Heydecke, nobilis, et Cunigundis uxor sua, vendunt monasterio de Halsprunne, CVI. libris Hallensium et VIII. denariis, curiam suam in villa Urach (Petersaurach) et quatuor areas, vulgo Selhuser dictas. Act. et dat. apud castrum Liehtenowe III. Id. (11.) Februar.)

vid. *Oetter* II. Vers. 86.

Iidem vendunt Heinrico, Abbati Hailspronnensi, CLXI. libris Hallensium, Advocatiam et dominium in villa praedicta super quibusdam bonis dicti monasterii, de consensu Manegoldi et totius Capituli Herbipolensis. Sigillatores: Fridericus Burggravius senior et C . . . . Burggravius junior de Nuremberg, frater suus. Dat. et act. ibidem et eodem.

Fridericus, Comes de Truhendingen, de consensu fratrum suorum Ulrici et Ottonis, et matris suae Agnetis, vendit Ulrico, Abbati in Heidenheim, Advocatiam suam in bonis Hohenstat et in Nenzenhove, XC. libris Hallensium minus una libra. Act. III. Id. (11.) Februarii. Testes: . . . . Plebanus de Gunzenhausen, tunc Notarius.

Heinricus, Episcopus Ratisponensis, propter majorem vicinitatis adjacentiam apud oppidum Wemdingen, permutat cum Reinbotone, Episcopo Eystettensi, feoda ecclesiae Ratisponensis, a Conrado Burchgravio de Nurenberch juniori possessa, scilicet: oppidum *Spalt*, Advocatias villarum in Berbach (praef. Heilsbronn), videlicet Massendorf, Tustinsdorf, villas quoque Mospach et Weingarten, pro dominio villae Fuemphstat (Fünfstett, praef. Monheim), quam Gebhardus Comes de Hirzperch et plerique alii tenent in feodo. Testes: Emicho, Frisingensis Episcopus; Bertholdus, Comes de Greiffpach; Ulricus, Plebanus, dictus de Katzenstein. Actum et datum apud Forstenvelt XIII. Kal. Martii (17. Feb.).

vid. v. *Falckenstein* C. D. 95.

Annus.	Bavarica.
1294.	
Martius	Rorense Monasterium electioni Ulrici de Abensberg in Adjutorem, Actorem et Advocatum inhaeret. Acta in Rorensi monasterio, proxima sexta feria ante dominicam Laetare (26. Mart.).

Alemanica.

Haertnidus de Ramungen H .... Abbati de Caesarea vendit duas curias et septem areas cum prato in Ramungen, a Marchione de Burgowe titulo feodali appropriandas. Dat. et act. Non. (7.) Martii.

Fratres de Mindelberc Dominabus in Schoenfelt Superiori conferunt curiam, dictam Moshowe, in villa Haselbach. Dat. et act. in die beati Gregorii (12. Mart.).

Ulricus, Comes de Helfenstein, cum filio suo Ulrico, Heinrico Abbati de Caesarea approprint curiam in Stotzingen, a Ditrico Schriber de Ulma sibi refutatam. Testis: Albertus Minister de Gislingen. Dat. et act. in Ulma XVI. Kal. Aprilis (17. Mart.).

Franconica.

Hildebrandus dictus Loyden, miles, monasterio Sanctae Agnetis Herbipoli vendit bona sua in villa Butelbrunnen. Sigillator: Hermannus Abbas ad Sanctum Stephanum. Acta sabbato proximo ante festum Cathedrae Sancti Petri (20. Feb.).

Arnoldi, Babenbergensis Episcopi, Promotorium pro nunciis Hospitalis Sanctae Katharinae, apud Sanctum Martinum extra muros Babenbergenses eleemosynas quaerentibus. Dat. in Capite jejunii (3. Mart.).

Coram Henrico seniori, Advocato, et Henrico filio de Plawe, per Gerhardum, Praepositum de Speinshart, Conrado Moslero ex tribus curiis in Gatendorf et una in Drognawe census advocatalis constituitur. Dat. Plawe pridie Non. (6. Mart.).

Frater Rugkerus de Scheffawe, Commendator Hospitalis Sancti Joannis Herbipoli, ex bonis in Schlerieth sorori Jutae de Tromstadt neptique ejus certos redditus annuos ad vitae tempus stabilit. Datum die sabbati post cineres (6. Mart.).

Albertus Vorscho de Thürnawe, cum consensu uxoris suae Juttae et filiorum suorum, Alberti et Eberhardi, monasterio Langheimensi pro uno poledro seu equo, XXX. libris Hallensium aestimato, vendit curiam suam, dictam Melthuer (desolatam modo) apud Langenstat (praef. Kulmbach). Dat. in die beati Gregorii Papae (12. Mart.).

Eberhardus et Gotfridus, dicti de Sluzzelberch, nobili viro Gotfrido de Heydecke, in favorem coenobii Sanctae Mariae in Halsprunn resignat jus feodale curiae in Urach (Petersaurach). Dat. IX. Kal. Aprilis (24. Mart.).

Reinboto, Episcopus Eystettensis, parochiam in Weizzenburch, jure patronatus ad Abbatem monasterii Sancti Petri in Wiltzburch pertinentem, per Vicarium perpetuum administrari concedit. Act. et

Annus.	Bavarica.
1294.	
Aprilis.	Remoldus, miles dictus de Eya (Sya), duas vineas circa Wisent sitas, unam ecclesiae et Episcopo Ratisponensi, alteram ecclesiae in Pondorf assignat. Datum Ratisponae IV. Non. (2.) Aprilis. vid. *Ried* l. c. num. 687.
	Heinrich, Abt von Seon, stiftet eine Sühne zwischen dem Abt von Raitenhaslach und Chunrad, dem alten Dächser und seinem Sohn Heinrich. Geschehn am Sant Ambrosien Tag (4. April).
	Rudolphus, Comes Palatinus Reni, Dux Bavariae, judicibus et officialibus suis inhibet, ne bona monasterii in Hohenawe nomine Advocatiae, seu quovis alio serviciorum onere, praegravent. Datum Monaci, Non. (5.) Aprilis.
	Dieselbe Urkunde deutsch; Montags vor dem Palemtage (5. April.). (M. B. XVII. 29.)
	Heinricus, Episcopus Ratisponensis, Haedwigi, Abbatissae beatae Mariae Magdalenae in Ratispona, CXXX. libris vendit unam hubam in Ekkolfing et curiam in Hartheim. Dat. et act. Ratisponae V. Id. (9.) Aprilis.
	Paldwinus de Perbing Henrico, Episcopo Ratisponensi, profitetur jus reemtionis curiae in Perbing, LXX. libris denariorum Ratisponensium eidem venditae. Dat. et act. Ratisponae V. Id. (9.) Aprilis. vid. *Ried* l. c. num. 689.

Alemanica.	Franconica.

dat. in choro orientali ecclesiae Eystetensis, in annunciatione gloriosae Virginis Mariae (25. Mart.).

vid. *Jungs* Antiq. Mon. Wilzeb. p. 23.

v. *Falckenstein* Urkunden und Nachrichten n. 86 88. 90.

Reversales Bertholdi Abbatis Sancti Petri in Wiltzburch desuper exhibitae. Eodem.

Reinboto, Episcopus Eystettensis, Episcopo Ratisponensi demonstrat omnes possessiones, quas Gebhardus, Comes de Hirzperg et alii in villa Fünphstatt teneant. Dat. Eystet IV. Kal. (29. Mart.).

1139. G. Ratisponensis ecclesiae Archipresbyter per manum avunculi sui B. Sancto Georio tradit V. mancipia in servitium. Testes: Egilpertus Decanus, mox electus in Episcopum, Eberhardus Praepositus, Timo Praepositus; Arbo, frater Adalberonis . . . Starchor.

1139 circiter. Pilungus de Meminstorf, Babenbergensis ecclesiae Ministerialis, Altari S. Dionysii in Banz delegat allodium Nedimistorf (Nedensdorf, pr. Banz), sorori suae Juditae a Chunrado de Wacendorf marito, in donum maritale traditum, et ab ea fratri venditum, reservans sibi Advocatiam, siquidem illam a Comite Rapotone beneficii loco possit obtinere.

Annus. 1143. Celestinus Papa II. ad preces Gualtheri Episcopi in protectionem suem suscipit Hospitale S. Crucis in Augusta, a beato Ulrico fundatum et a Gualthero in Civitatem translatum et ditatum. Dat. per manum Gerardi S. E. R. Presbyteri Cardinalis ac Bibliothecarii, VI. Kal. Decembris (26 Nov.) Ind. VII. Pontificatus anno I.

1143. Waltheri Augustani Episcopi consensu Bruno, Decanus et baptismalis ecclesiae in Minori Offingen Sacerdos, de Diepoldo Ministeriali Episcopi emit curiam quandam in Minori Offingen, forensi ecclesiae ab occidente contiguam. Testes: Reginhardus Archipresbyter, Hermannus Thesaurarius, Witigo Praefectus, Arnold Camerarius, Wimar Castinarius, Heinricus Dapifer, Marquart de Porta Aquilonari, Chunrad major Villicus. Acta in Civitate Augusta, Ind. VI. Regnante Chunrado Rege,. Praesidente Innocentio Papa II.

1146. Eugenius Papa III. Episcopo Babenbergensi et universo Capitulo innotescit, quod post diligentem inquisitionem in Heinrici Regis vitam et miracula, per T. Sanctae Rufinae Episcopum et T. Presbyterum Cardinales, Legatos suos a Latere peractam, illum inter Sanctos referre et anniversarium definire decreverit. Datum Transtiberim II. Id. (14.) Marcii.

1150. Idem Hospitali S. Crucis, a Walgero quodam per traditionem villae suae Madelgereshusen fundato, ab Udalrico intra muros transplantato, et ab ipso Walthero in aptiorem suburbii locum translato, donat hubam et dimidiam Augustae, hortum urbi contiguum, hubam cum decima in Overhusen, decimam in Bobingen, Waringen et Mantechingen; praeterea bona Hospitalis confirmat in Madelgereshusen, Tatehoven, Maingriendel, Perg, Gershoven. Actum Ind. XIII. Non. (4.) Sept. Praesidente Eugenio Papa III. regnante Chunrado Rege IV.

1150. Waltherus Augustanus Episcopus ecclesiam Holzheimensem, vetustate aeque ac negligentia collapsam, pro bona voluntate Agilward Praesidis restauratam, in protectionem suam suscipit. Tetses: Sigifridus Praepositus; Conrad Vicedominus; Erkanger Thesaurarius; Hermannus Camerarius; Pertholo Celerarius; Otto de Habechisburc; Acta Ind. XIII. Praesidente Eugenio Papa III. regnante Conrado Rege III.

1151. Intercedente Cunrado Romanorum Rege et rogatu Adami, primi in Ebera Abbatis,. Fridericus, filius Regis, silvam, quae vocatur Stegerwald et pertinet ad curiam Swarza, fideli Regio Gualthero inbeneficiatam, ab eodem in manus suas recipit et resignat in manus Gebehardi Wirceburgensis Episcopi, ea ratione, ut idem Episcopus dictam silvam transferret ad monasterium Ebera, quod Regis beneficium redintegravit per V. mansos in villa Rudelshoven, filio Regis autem in proprietatem tradidit III. mansos in villa Spizesheim et XXX. marcas argenti, ut transigeret cum fideli suo Marquardo de Grunbach de resignatione Advocatiae super villa Herelheim, Gualthero pro ulteriori indemnisatione relinquenda. Excipitur tamen a sylva cessa pars modica ejusdem, Castro Stoliberg contigua, pro usu Castellanorum. Testes: Burchardus Praepositus — Cunradus Marchio de Saxonia et Adelbertus Marchio; Herimannus de Winzenburg — Adelbertus de Truhendingen; Cunradus de Ragoz; Gotefridus de Nurenberg. Actum Wirzburg Ind. XIV. Anno Regis XIII.

Annus. 1152. Eberhardus Babenbergensis Episcopus II. testatur, qualiter sub praedecessore suo Ottone Cunradus, S. Gangolfi Praepositus et majoris ecclesiae Custos, ab Hermanno tunc S. Michaelis Abbate, ad vitae tempus receperit partem collis, non longe a monasterio conjacentem, dumis et fruticibus obsitam, pro couserendo illam sua impensa vitibus. Testes: Udalricus majoris ecclesiae Praepositus, Volcmarus Decanus, Liupoldus Praepositus S. Stephani; Bruno Episcopus; Heberhardus Magister [Scolarum; Giselbertus Archipresbiter. Data Babenberc MCLI (i. e. anno *incarnationis* 1152. secundum stilum Florentinum). Ind. XV (I.) XVI. Kal. Martii (14. Febr.) Friderico regnante cum Domino nostro Jesu Christo, monarchiam Romani Imperii autem tenente Cunrado Rege, sed graviter egrotante. (†. die postero).

1152. Eugenius Papa III. confirmat a.) Ewrardi Babenbergensis Episcopi cum Adamo Ebracensi et Adamo Langheimensi Abbatibus initam transactionem, ex qua fons salis neglectus et nihil utilitatis hucusque afferens utrique monasteriorum concedatur ad excolendum communibus expensis; b.) cessionem silvae Stegerwalz, in qua Castrum Stolberg situm est. Datum Signie XVII. Kal. Jun. (16. Maii).

1152. Idem ad preces Eberhardi Babenbergensis Episcopi confirmat renunciationem investiturae et Advocatiae super Abbatia de Altaha, Reginae dignitati competentis, sed a Friderico Rege monasterio ipsi redditae. Eodem.

1154. Gebehardus, Wirceburgensis Episcopus, Adamo Langheimensi Abbati villam, quae vocatur Tampach Inferior, in jus ecclesiae suae trahere annuit. Acta Friderici Imp. I. anno III. Data Wirceburc VIII. Id. (6.) Jun. Ind. VI. (*v. Schultes* Kob. Landesgesch. Urk. 5.).

1159. Heinricus Dux Austriae Castellense coenobium, constructum a parentibus suis, quorum in bona hereditario jure successit, ampliat cum omnibus Ministerialium de Habechsperg beneficiis, monasterio conterminis, Capella videlicet in Habechsperg, cum dote et mancipiis, parte fori Lauterhofen, praediis Kazheim, Gezendorf, Yringsveld, a Tiemone de Alspach resignatis, beneficiis illorum de Bruonentale, Walhesvelt, Balderateshofen, Diethmarsvelt et Mantelach. Testes: Cuonradus de Ronige et filius ejus Conradus; Adalbertus de Perge; Pabo de Sluonice; Liutoldus de Pleien, filius Comitis; Walchuon de Machlanth; Adalbero de Chuonringen; Engilbertus Pincerna Ducis. Data Windopoli IV. Kal. April. (29. Mart.) Ind. VII. anno Imp. Friderici V. Annuente Theodora, uxore Heinrici Ducis de Grecia. (M. B. XXIV. 317.)

1162. Idem ad C... H... A... et fratrem ejus A... ne res invadant monasterii Castellensis, per Ducem conjugemque suam traditas. Datum Windopoli IV. Non. (2.) Aprilis Ind. X. (M. B XXIV. 319)

1164. Heinricus Wirceburgensis Episcopus Langheimensi monasterio pro bonis in villa Ahldorf (Ahlstat in Duc. Kob.) deputat decimas VII. mansorum in Sacendorf (Sachsendorf, desolata praedii Tambach). Act. Ind. XII.

Annus. 1165. Fridericus Imp. Abbatem Geboldum et omnia Castellensis monasterii bona, ab Heinrico Austriae Duce collata, nominatim Alerspach villam, in defensionem suam suscipit. Cristanus Cancellarius recognovit. Acta Ind. XIII. anno Regni XIII. Imp. X. Datum Ratisponae VIII. Kal. Jul. (24. Jun.) (M. B. XXIV. 320)

1167. Heroldus Wirceburgensis Episcopus vineta quaedam inculta in Ahusen (Sommerhaussen), ad curiam Episcopalem spectantia, habitantibus ibidem excolenda concedit. Testes: Richolfus Summus Praepositus; Perseus Decanus; Marquardus de Grumbach; Gerhardus Comes de Berhtheim; Heinricus et Billungus Sculteti. Acta Ind. XV. Friderici Imperii anno XV. Boppone Comite Urbano.

1170. Coram Wernhardo Castellensi Abbate Gotfridus de Mantela pro acceptis VIII. talentis manerium suum in Mantela resignat, ut mos est Teutonicorum. (M. B. XXIV. 322.)

1172. Theodoricus, Presbyter S Stephani, ad Altare ejus tradit praedium suum, ecclesiam videlicet Berchaim, hereditario jure hucusque ac tricennali possessione manutentam, cum dote et decimis, per manus Advocati sui Pertolfi de Durach et filii ejus Adelgozi. Testes: Deipolt Praefectus, cum sigillo Episcopi Hartmanni. Conscripta Ind. V. In tergo ulterius notatae sunt donationes cujusdam in Walpach, et patrimonii in Erringen, ab Alberto Plebano S. Stephani per manum Advocati sui Sifridi de Donnersperch translati.

1173. Ernest de Nurnberg ad Altare S Georii in Babenberc delegat famulam suam Hiltam. Confirmante Episcopo Hermanno, Episcopatus anno II.

1178. Alexander Papa III. S. Mauritii monasterium in civitate Augusta sub protectione sua suscipit. Dat. Tusculani, per manus Alberti S. R. E. Cardinalis Presb. et Cancellarii, IX. Kal. Novembris (24. Oct) Ind. VI. Pontificatus anno XX.

1179. circiter. Bertholdus Custos remittit Rappotoni cuidam medietatem census ex area quadam Custodiae S. Jacobi, ab Antecessore suo Heinrico de Rintpure impositi.

1180. Heinricus Babenbergensis Praepositus mancipia quaedam in Pheringen (Pföring, praef. Ingolstadt), de Chunrado quodam revindicata, ecclesiae Babenbergensi in servitutem relinquit, pro jure illorum, qui in curia publica fratrum in Babenberc ministrare noscuntur. Testes: Eberhardus III. ecclesiae S. Jacobi Praepositus; Thiemo S. Stephani Praepositus; Hermannus Archidiaconus. Acta Ind. XIII. sub Ottone Episcopo II.

1181. Raboto II. Abbas in Laucheim Hildebrando et Tagenoni de Lapide pro omni petitionum vel exactionum justitia ex beneficio Fuldensis ecclesiae, VII. scilicet mansis disjectis in duabus villis Brunebach et Sazzindorf (nunc praedii Tambach), imponit III. talenta per annum. Factum in Curia Tambach.

Annus. 1182. Chuno Ratisponensis Episcopus dedicat ecclesiam in latere montis Kagere, in contermino Danubii et fundo Castellensis monasterii constructam, die XV. Kal Aug. (18. Jul.) illamque ad arbitrium Abbatis Chuonradi remittit. Acta Ind. XV. anno Regni XXX. Imp XXVIII. (M. B. XXIV. 323.)

1183. Reginhardi Wirceburgensis Episcopi consensu Burchardus Ebracensis Abbas per commutationem conquirit quaedam bona parochiae Gochesheim (praef. Schweinfurt), tertiam partem videlicet decimarum in Dietpach et in Wiese, cum uno manso, de Parochiano dictae ecclesiae, Wortwino, Novi Monasterii Praeposito. Testes: Dietericus Praepositus; Heinricus de Trimperch. Acta anno Regni XXXII. Imp. XXIX. Pontificatus XII.

1183. Lucius Papa monasterium S. Mauritii in Augusta sub speciali protectione suscipit, cum bonis in Baldeshusen, Mimenhusen etc. *et in Provincia Franconica villam Chrowelshem*, ecclesiam et villicalem curiam in villa Goltpach cum taberna etc. Dat. Velletri per manum Alberti S. R. E. Presbyteri Cardinalis et Cancellarii, XIII. Kal. Martii (17. Febr.) Ind. II. *anno incarnationis* MCCXXXII. Pontificatus anno II.

1185. circiter. Fratres beatae Fidis, in emto sibi praedio Bucha (Buchau, praef. Weissmain) de possessione ecclesiae injuste deturbati, ab Ottone Babenbergensi Episcopo XII., prius consulto Wirceburgensi Episcopo, in cujus parochia dicta ecclesia est sita, restituuntur ipsaque ecclesia Wolframmo Abbati S. Michaelis jure fundi confirmatur. Testes: Tiemo Praepositus; Berthold Dux.

1188. circiter. Adalbertus, Babenbergensis ecclesiae Canonicus et Magister Scolarum, praedium in Roudental (prope Pfaffendorf, praef. Weissmain, desolatum nunc) emit ab Hermanno, Marchionis Bertholdi Ministeriali, traditque per manus Episcopi Ottonis II. super Altare S. Michaelis. Testes: Burchart Decanus; Themo Praepositus S. Stephani.

1189. Ottonis, Eistettensis Episcopi auctoritate, Fulcmarus, Canonicus et Capellanus ejus, domum suam supra Pontem donat b. Petro in Castel, pro suo anniversario. Testes: Cunradus major Praepositus; Otto major Decanus; Albertus Magister Scolarum; Humpertus Archipresb. Hartwicus Dapifer et filius ejus Ulricus. Acta Ind. VIII. Episcopatus anno VIII. (M. B. XXIV. 324.)

1190. circiter. Heinricus Summus Praepositus hortum quendam et adiacentes areas Praepositurae suae per manus Ottonis II. Babenbergensis Episcopi delegat ad Oblationem Fratrum majoris ecclesiae, secundum dispositionem Ulrici Archidiaconi. Testes: Burkart Decanus; Tiemo Praepositus S. Stephani.

1193. Celestinus Papa III. Priori fratibusque Hospitalis Hierosolimitani confirmat possessionem ecclesiae de Rictardrodan (Richartsrode), ab Alberto de Hollo donatae. Dat. Laterani XVI. Kal. Jan. (17. Dec.) Pontif. anno II.

Annus 1194. Udalscalcus, Augustensis ecclesiae Minister humilis, S. Crucis Conventui, per Episcopum Cunradum de loco Mutershofen ad locum Hamel, exinde per Praesidem Hartwicum in civitatem Augustam translato, possessiones suas secundum terminos de novo positos confirmat. Testes: Otto Camerarius, Ministerialis; ex nobilioribus: Oulricus de Risinsburc; Kadelhoch de Chirchberg. Actum Ind. XII. Regni Heinrici Imp. anno IV.

1197. circiter. Gundelohus Ministerialis Tiemoni Babenbergensi Episcopo hortum suum proprium ad curiam Monachorum Ebracensium, Lancheimensium et Halesbrunensium, et alterum, quem tenet ab Episcopo jure ususfructus, in casum mortis suae resignat, per manum Salamanorum Marquardi de Wisendowe et Heinrici de Stein Canonicorum. Testis: Cunradus majoris ecclesiae Praepositus; Egilhardus Decanus.

1198. Conradus Puer, matricis ecclesiae Ministerialis, fratribus monasterii S. Crucis in Augusta donat curiam in Berge, ut conjugem Irmengardim recipiant in consortium sororum. Testes: Chunradus Praefectus. Actum MCXCVII. Innocentio Papa praesidente, Philippo Rege regnante, Udelschalco Episcopatum gerente. (hoc est: anno *incarnationis*, stilo Florentino, nobis 1198. illis ad diem XXV. Martii aduc 1197. Innocentius III. electus 8. Jan. 1198. Philippus Rex itidem 1198.)

1200. circiter. Otto miles in Lutenbach ancillam suam Leucardim tradit ad Altare S. Jeorii. Testes: Conradus Praepositus, Egelhardus Decanus, Cunradus Custos.

1202. Elizabeth dicta de Droscinriut, communicato consilio mariti sui Eberhardi de Blassenberch, per manum eiusdem delegat ad Altare S. Georii in Babenberg duo mancipia sua. Testes: Gundeloch Decanus, Marcwardus Custos. Acta sub Ekkeberto Babenbergensi Electo.

1202. —1207. Coram Hartwico, Augustensis ecclesiae Electo, et in praesentia Canonicorum et Ministerialium ejus, Dominus Bruno de Eberstal omni juri suo renuntiat in praedio S. Stephani in Walpach, supra montem sito, quod Abbatissa Alheidis Witegowo, Brunonis filio, confert tunc ad dies vitae. Testes: Sifridus, Summus Praepositus; Reinboto Vicedominus; Cunradus Burgravius; Eberhardus Summus Villicus, Anshalmus de Waldiu; Berthuldus Praepositus de S. Cruce.

1203. circiter. Chunradi, Ratisponensis Episcopi, consensus, ut Heinricus Ecclesiasticus Rizzinspuhel, ex familia Babenbergensis ecclesiae, ducat in uxorem Irmegadim de Ritzinspuhel, ex familia Ratisponensis ecclesiae.

1207. Innocentius Papa III. ecclesiae S. Mauritii in Augusta praedecessorum privilegia confirmat. Dat. Laterani per manum Johannis S. Mariae in Cosmidin Diac. Cardinalis, S. R. E. Cancellarii, VI. Id. (10.) Maii. Ind. IX. (X.) Pontific. anno X.

1208. Idem ad omnes Episcopos et Praelatos, quod eis non competat ulla jurisdictio vel excommunicationum et interdictorum promulgatio in fratres Ierosolimitanos, praeter Romanum Pontificem nullum specialem Episcopum habentes. Dat. Laterani II. Id. (14.) Maii; pontif. anno XI.

Annus 1208. circiter — Sifridus Augustensis Episcopus confirmat venditionem praedii villae Steinheim, cum ecclesia, jure Patronatus, instituendi pastores armentorum, concedendi fundos, recipiendi censum, per nobilem virum Witegotum Malberke coenobio in Steinheim, eidem villae proximo, factam. Testes: Egeno Comes de Vrach; Siboto de Albeke; Cunradus de Berge; Ulricus de Fürtheim Forstmeister; Wernherus Pincerna de Albeke.

1209. S. Augustensis Episcopus jus patronatus ecclesiae in Steinheim, a nobili Domino Witegowo de Albegge sibi refutatum, per manus Heinrici Praepositi confert . . . et pro indemnisatione sui juris feudalis oblatum acceptat jus patronatus in Sigeharteshoven. Acta in vigilia b. Jacobi Apostoli (24. Jul.) apud Augustam, ubi tunc collectio fuit illustris Regis Ottonis, cum tenderet Romam pro Corona Imperii obtinenda.

1210. Ludovicus Dux Bavariae donat Hospitali Teutonicorum militiae S. Mariae Iherusolimitanae in partibus Ultramarinis ecclesiae S. Egidii Ratisponae, vineam quandam in Orte, mansum in villa apud civitatem Ratisponam, ecclesiam S. Georgii et ecclesiam in novo foro Chambe et ecclesiam Aichach. Praesentes: Gebhardus Lantgravius de Liukenberge, Wernherus de Laher, Albertus der Liutzman, cum Cunrado fratre, Henricus Marschalcus de Calntin, Berhtoldus de Schiltperch, Liutoldus uz der Owe, Pincerna Ducis, Eberhardus de Witilinesbach etc. Actum Ind. XIII. (Charta auscultata per Ulr. Abbat. S. Emmer. et Gebh. S. Jacobi Ratisp.).

1211. Marquardi, Plebani in Mimenhusen, testimonium, se vocatum esse per Ottonem quondam ecclesiae S. Mauritii Praepositum, inductum vero per Wernherum Celerarium. Acta coram Sifrido Augustensi Episcopo, Ind. XIV. XV. Kal. Aprilis (18. Mart.) Praesentes inter alios: Bertholdus Vicedominus Tridentinus, Wirtho Archidiaconus; Ulricus Abbas S. Ulrici.

1212. Otto Imperator IV. Hospitali S. Mariae Theutonicorum in Nurembere confert ecclesiam S. Jacobi ibidem, praediumque in Karlishovin, resignatum ab Othnando de Eskenowe, ab Imperio illud in feodo habente. Dat. Nurenberc VI. Id. (10.) Maii, Ind. XV. (Sine anno, quem tamen demonstrat Ind. XV.).

1215. Fridericus Rex Romanorum et Siciliae, Domui militiae fratrum Theotonicorum in Nurenberch confert capellam castri ibidem, post mortem Chunradi Capellani possidendam. Testes: Chunradus Met. et Spir. Episc. Imp. Aulae Cancellarius, Hermannus Marcgravius de Baden, Gerardus Comes de Diets, Eberhardus de Ebersteine, Albertus Rindsmule, Ph. de Bonlandia, Marquardus de Wagowe. Datum Hagenowie, Anno M.CC. XV. tertias Kal. Febr. (30. Jan.) Indictionis *quartae* (Ergo 1216. ad stilum Florentinum usque ad 25. Mart. adhuc annum 1215. computantum).

1216. Idem fratrum Hospitalis Sanctae Virginis Mariae, quod Domus Theotonicorum in Acaron nuncupatur, Hospitale apud Ellingin, ex possessionibus fel. mem. Walterii de Ellingin et Kunegundis uxoris constructum, sub Imperii tutela recipit et ab omni jure advocatiae liberat. Testes: H. Elwacensis

Annus. Abbas; Otto Dux Meraniae; D. Marchio de Voheburch; L. Comes de Wirtenberc; A. de Stusselingen; Waltherus de Langinburc; A. de Iustingen, Imp. Aulae Marscalcus; W. Pincerna de Sciphaetc. Datum apud Nurinberc VI. Id. (10.) Sept. Ind. IV. (Renovatum anno MCCXXIV. Cathaneae mense Febr. Ind. XII. anno Imp. IV. Regni Sic. XXVI.)

1216. circiter. Eberhardus Abbas in Ebera ad refectionem fratrum designat XX. marcas argenti, ab illustri femina Lakarde de Krougelstein pro anniversario suo dicatas, et per semet ipsum V. marcis argenti ex praedio in Spiezesheim adauctas. Testes: Gundeloch Decanus; Wolfram Pomeranus; Wirnt in Ripa; etc. Actum Ind. IV.

1217. Heinricus Augustensis ecclesiae Decanus et S. Mauritii Praepositus, ecclesiam in Mimenhusen cum jure Patronatus ad Praeposituram ecclesiae S. Mauritii pertinentem, Canonicis ibidem donat ad communes usus. Testes: Waltherus major Praepositus; Rappoto Scolasticus; Albertus Praepositus de Buschsm; Ulricus Vicedominus; Witogovus Advocatus. Acta II. Non. (4.) Jan. in majori Choro.

1217. Sifridus Episcopus donationem istam confirmat. Testis: Eberhardus, Magnus Villicus. Dat. Augustae VII. Idus (7.) Januarii, anno pontificatus X.

1217. Idem proventus ecclesiae in Mimenhusen, post decessum vel resignationem Heinrici Praepositi, ad usus Canonicorum designat Act. XI. Kal. Aprilis (22. Maii).

1218. Coram Ekkeberto Babinbergensi Episcopo Herdegenus de Wisintawe, ecclesiae Ministerialis, monasterio S. Michaelis donat praedium suum in Ratvolcheshoven, mansum in Hezelsdorf, curtem in Sigehardesawe (Sigritzau) et agrum inter Wisentawe. Acta Ind. S. (VI.)

1219. Albertus de Niffen ex sententia arbitrorum jus patronatus praetensum super ecclesia in Mimenhusen ecclesiae S. Mauritii renuntiat. Heinricus de Mandechingen Archidiaconus, Albertus Custos et Bertoldus major Plebanus Arbitri. Testes: Ulricus de Nauwe Vicedominus. Acta in vigilia Apostolorum Philippi et Jacobi (30. Apr.); venerabili Episcopo Sifrido praesidente ecclesiae August. sed tunc existente in peregrinatione Ierosolimitana.

1219. Fridericus II. Romanorum Rex et Siciliae, monasterium Castellense sub Abbate Gebhardo in suam specialem defensionem recipit. Chunradus Metensis et Spirensis Episcopus — recognovit. Acta anno Regni VII. Datum apud Erbipolim IX. Kal. Jun. (24. Maii) Ind. VII.
(M. B. XXIV. 326.)

1219. Boppo Praepositus, Gundelochus Decanus totumque Babenbergensis ecclesiae Capitulum confirmat venditionem villae Langen, ab ecclesia S. Jacobi Babenbergae Hermanno, Magistro Hospitalis S. Mariae Teutonicorum CCCCL. marcis factam. Testes: Otto illustris Dux Meraniae; Erchenbertus Dapifer de Botenstain, Heinricus de Nideche. Acta pontificatus Domini Episcopi Babenbergensis anno XVI.

Annus. 1221. Honorii Papae III. Bulla ad Abbatem Cisterciensem et universos ejusdem Co-Abbates, ut personas ad eos e seculo fugientes recipere valeant liberos a mortuario, quod Capellani a Parochianis suis decedentibus exposcere consueverunt. Datum Laterani VI. (8.) Februarii, Pontificatus anno VI. (ejusdem tenoris sub dato III. Non. Decembris).

2221. Idem ad Abbatem Cisterciensem omnesque Co-Abbates ejus, ut neminem de novalibus, a tempore Concilii generalis excultis, decimas sinant sibi extorquere. Datum Laterani IV. Idus (10). Februarii Pontif. anno VI. (Ejusdem tenoris sub dato Anagniae V. Id. Marcii et Laterani IV. Non. Dec.)

1221. Idem, ad Maguntinensem Archiepiscopum contra invasores Eberacensis monasterii (verbotenus ad normam Reg. II. 25.) Datum Laterani X. Kal. Marcii (20. Febr.) Pontificatus anno VI.

1221. Idem, ne Sedis Apostolicae Legati sine speciali mandato excommunicationis, suspensionis vel Interdicti sententias in monasteria eorum promulgent. Datum Anagniae V. Idus (11.) Marcii. (Ejusd. tenoris Laterani III. Non. Dec.)

1221. Idem, ne Apostolicae Sedis Legati procurationes pecuniarias a Cisterciensibus exigant, sed sine carnium esu cibis regularibus sint contenti. Datum Laterani IV. Non. (2.) Decembris.

1221. Idem, ut de terris alienis, a tempore Concilii generalis acquisitis, decimas ecclesiae ut antea solutae fuerint, Cisterciensibus item persolvant. Datum Laterani III. Non. (3.) Dec.

1222. Honorius Papa III. ecclesiam S. Mauricii Augustae sub speciali protectione suscipit eidemque ecclesiam de Miminhusen confirmat. Datum Alatri VII. Id. (10. Maii). Pontif. anno VI.

1224. Coram Conrado Episcopo Ratisponensi frater Heinricus dictus de Wildenowe, ex Domo Theotonicorum, XVI. libris denariorum Ratisponensium reluit vineam quandam in Oprehtesdorf, quam Ulricus de Oprehtesdorf in articulo mortis legaverat ecclesiae parochiali in Heimesacker, quae tamen XII. libras denariorum, creditoribus Henrici debitas et inibi fundatas, praestare nequierat. Testes: Rubertus Decanus, Chunradus de Toufkirchen, Heinricus de Ponte Judaeorum. Actum Ind. XII. datum III. mensis Octobris.

1225. Honorius Papa III. concambium inter S. Crucis ecclesiam Augustae et Capitulum ibidem, super bonis in Hamele et ecclesia de Bobingen approbat. Dat. Reate II. Id. (14.) Iul. Pontificatus anno IX.

1225. Coram Hermanno Herbipolensi Episcopo Helmboldus Gir, filius Marquardi Magni de Antiquo Lapide (Altenstein), acceptis ab Hugone de Merzebach XXX. solidis, Abbati Banzensi remittit quatuor illos calceos hyemales, qui ad feudum Helmboldi quotannis fuissent exhibendi. Actum Ind. XIII. Pontificatus Hermanni I.

1225 circiter. Abbas et conventus S. Michaelis in Babenberc impignorat Wilhelmo de Chunstat praedium in Gernrode (Gertenrod, praef. Weissmain) pro marcis XVIII. Testes: Marchwardus Decanus, Crafto Scolasticus.

Annus. 1227. Henricus Romanorum Rex VII. ad preces Sifridi Abbatis in Ahusen resignat ad manus Hermanni Episcopi Herbipolensis Advocatiam curiae cujusdam in Frickenhausen, ut eadem remittatur ad Abbatem. Testes: Heinricus Eistettensis Ep. C. Fuldensis Abbas; Ludewicus Dux Bavariae; Hermannus Marchio de Baden; Cunradus Burggravius de Nurenberc; Hartmannus Comes de Dilingen; Fridericus de Truhendingen; Albertus Dapifer de Wirceburg. Datum apud Mühlhausen, Ind. XV. III. Id. (11.) Augusti.

1227. Hermannus Herbipolensis Episcopus confirmat donationem Capellae in Buochheim, per Dominum Ludewicum de Stolberch et Dominum Henricum de Nurtenberch, filium fratris Ludewici, Hospitali S. Johannis Bapt. in Rotinburc factam. Testes: Albertus Dapifer, Alhum Pincerna, Gotefridus Camerarius, Ludewicus de Uffenheim, Fridericus frater suus de Burleswac; Fridericus de Kezelberc, Cunradus de Nortinberc, filii Ludewici de Stolberc. Act. Ind. XV. Pontificatus anno III.

1227. Henricus VII. Romanorum Rex concedit Abbati Faucensi R . . . sedationes rixarum, cum vel sine sanguinis effusione, emendationem servorum, et exactionem redditaum. Testes: Ludewicus Dux Bavariae; C. Burcgravius de Nurenberc; H. Comes de Dilingen; Fridericus de Truhendingen; E. Dapifer de Walpurc; C. Pincerna de Winterstetten. Datum apud Augustam VI. Id. (10) Octobris, Ind. I.

1228. Gregorii Papae IX. privilegium, fratribus Ordinis Cisterciensium indultum, ne ultra duas dictas a suis monasteriis per literas Apostolicas trahi possint in causam. Datum Laterani IV. Idus (10.) Januarii, Pontificatus anno I.

1228. Fridericus de Truhendingen praedium quoddam in Gerlfingen, a Vasallo suo Meinwardo de nobili viro de Spilberc emtum, secundum intentionem ejusdem resignat fratribus in Keisheim ipseque renuntiat juri Advocatiae. Testes: Cunradus Comes de Oettingen, Ulricus de Gundelvingen, Hermannus et Ramungus de Spileberc. Acta praesidente Gregorio IX. Friderico Imp. gubernacula Regni tenente.

1231. Siboto, Augustensis Episcopus, confirmat donationem curiae in Gegenrieth per Cunradum de Erringen sub reservata Advocatia beato Udalrico et b. Afrae factam. Testes: Heinricus Mar scalcus Arnoldus Camerarius. Acta Ind. III. (IV.)

1232. Boppo de Lazen Hermanno Banzensi Abbati promittit, in casu mortis suae Banzensi ecclesiae mansum in Affaltere et decimas in Affaltere, Bratemdorf et Seukendorff, sibi ab Abbate Dietmaro p. m. impignoratos. Testes: Engelhardus in Schalka, Hartmannus in Affaltere Plebani. Actum Ind. V.

1233. Heinricus Romanorum Rex confirmat venditionem duorum praediorum in Kapfesdorf et Urach, a socru Craftonis de Larc fratribus Domus Teutonicorum in Nurnberg factam. Testes: Leopoldus Scultetus in Rotenburg; Cunradus Buttiglarius in Nurenberc. Actum apud Nurenberc Id (13.) Februarii. Ind. VI.

Annus. 1233. Coram Hermanno Episcopo Herbipolensi Heinricus de Hasevurte resignat mansum unum in Lükenveld, ecclesiae Bancensi injuste extortum, et insuper dictam ecclesiam indemnem praestat per duos alios mansos in Luezendorf (Leutzendorf, pr. Ebern), qui Waldsassen Lehen dicuntur. Actum Ind. VI. Pontificatus anno IX.

1234. Heinricus Romanorum Rex Hospitali S. Mariae Domus Teutonicorum in Nurinberg confert molendinum ibidem inter salices et campum (Weidenmühl), ortum iuxta situm, molendinum apud Vischbach, et molendinum dictum Liubmannismule, a Cunrado Burggravio sibi resignata. Testes: Sypheridus Moguntinus Archiepiscopus, Eggebertus Babenbergensis, Heinricus Eistettensis Episcopi, Heinricus Marchio de Burgowe, Egeno Comes Vriburg, Hartmannus Comes de Guiburg, Rudolfus Comes de Ruprechtswiler, Heinricus de Niffen, Heinricus de Ravensburg, Imp. Aulae Camerarius, Heinricus Marschalcus de Babbenheim. Dat. apud Nurenberg, III. Kal. Sept. (30. Aug.) Ind. VII.

1234. Idem renovat literas Philippi Regis, datas Ulmae anno MCC, III. Kal. Dec. quibus monasterio S. Crucis in Augusta pro mutuo ducentarum Marcarum argenti assignatur annua pensio XX. librarum ex reddibus villicationum Otringen et Durenkheim. Acta III. Kal. Sept. (30. Aug.) Ind. VII. apud Nuerinberc.

1234. Rizza Comitissa, uxor Alberti Comitis de Bogen, ratam tenet donationem curiae dictae Sand, apud Danubium, in sua provincia sitam, a marito, nunc in civitate Acharon constituto, Domui Teutonicorum Ratisponae factam. Testes: Dietmarus Abbas de Inferiori Altaich; Ulricus, Rudigerus, Notarii Comitis; Heinricus Pincerna Comitissae. Act. apud coenobium S. Michaelis, quod dicitur Metem, Ind. VII.

1234. circiter. E. Praepositus in Koburc et E. Plebanus in Vech Hermanni Herbipolensis Episcopi auxilium implorant pro Abbate in Bauze contra H. de Schowenberc, Abbatem in possessione Affaltere turbantem et injuriantem.

1235. Cunradus Burggravius in Nurenberg ministeriali suo, Rudegero de Dietenhoven, concedit facultatem conferendi bona sua hereditaria Fratribus Domus Teutonicae in Norinberg. Acta Ind. VIII.

1235. S. Mauritii ecclesia praedium quoddam in Husen, a Wortwino de Husen, avo Hildegundis matronae, sibi donatum, jure censuali reddit dictae Hildegundae et marito Cunrado. Mediatores: Hermannus Praepositus et Fridericus Decanus S. Mauritii in Augusta; Volcmarus Praepositus ecclesiae majoris et Dominus Muschune, Advocatus Augustensis.

1235. Fridericus Imp. confirmat venditionem castri Virnesberc, a Ludovico de Virnesperc pro illatorum damnorum satisfactione Cunrado Burggravio de Nurenberc factam. Testes: S. Ratisponensis Ep. Imp. Aulae Cancellarius; Fr. H. Magister Domus Theutonicorum; Hermannus Marchio de Baden; Fridericus Comes de Zolre. Data apud Hagenowe, mense Septembri, Ind. IX.

Annus. 1236. Cunradus, Rex Ierosolimitanus, gloriosi Imperatoris Natus, corroborat donationem arearum duarum in Narenberg, a latere domus lapideae Monachorum, curtis apud Monetam, V. macellorum duorum panis scamnorum, cubiculi, quo ferrum venditur, ab Heinrico et Hermanno, filiis quondam Ambergarii, Hospitali S. Mariae Teutonicorum factam. Testes: Conradus Scultetus quondam, dictus Bigenot, Ministerialis de Ruedorf; Hermannus quondam Scultetus, dictus Anguilla; Eberhardus Scultetus. Actum in Nuerinberc, mense Decembri, Ind. X.

1236. Coram Chunrado de Churenburc, Butigulario Norimbergensi, Hermannus, dictus Anguilla, Domui Teutonicorum donat macellos, curtes, aliaque Norimbergae infra stratam publicam et ecclesiam S. Mauritii sita. Testes: Berchtoldus et Cunradus Scuteloc. Actum. Nurenberc, mense Decembri Ind. X.

1236. Cunradus Rex donationem istam roborat. Actum apud Nurenberc, mense Decembri. Ind. X.

1237. Albertus Comes de Bogen fratribus Hospitalis S. Mariae in Iherusalem de Domo Teutonica ultra mare, mortis caussa donat omne patrimonium suum in villa dicta Rinchem, liberatum ab omni exactione Advocatiae et sturae. Actum die primo (1.) Februarii.

1237. Idem dictis fratribus pro bonis, dictis Sande, iuxta Castrum Bogen prope Danubium, durante praesentia sua in partibus transmarinis collatis, ob frequentia hospitia autem paene inutilibus, ad instantiam Vuelacher Commendatoris donat curiam in Rincheim. Testes: Alramus de Halse, Gebehardus Marescalcus de Menna. Datum in Altach mense Aprili.

1237. Solennis curiae hujus traditio, in monasterio Superiori Altach, coram Ludemia matre, Richeza uxore, et Abbate Ulrico (sicut ipse Comes et frater suus Bethtoldus illam possederunt). Datum apud Ratisponam mense Aprili, Ind. X. Friderici Imperii anno XVIII.

1238. Richza de Sunnenberc praedium in Uzzingen (Uetzing, praef. Lichtenfels) post mortem suam delegat Heinrico, Abbati in Lancheim, pro annuo conventus servitio. Actum. Ind. IX. (XI.)

1238. Albertus Comes de Bogen accepta fert mutuo data a Fratre Cunrado Ubelacker, Hospitalis S. Mariae de Domo Theutonica in Iherusalem, XXXV. talenta denariorum Ratisponensis monetae ante proximam Pentecostem solvenda.

1239. Conradus, Romanorum Rex electus et Regni Hierosolymitani heres, Conventum et Priorissam in loco Griez apud Augustam, sub regula b. Augustini, in suam protectionem suscipit. Dat. apud Horburc, mense Maii, Ind. XII.

1239. Eggehardus, miles de Bobphingen, praedium suum in Michelvelt cum Advocatia donat ecclesiae S. Crucis in Augusta. Testes: Dominus Cunradus Plebanus in Walthusen; Dom. Rudolfus Viceplebanus in Rötingen.

Annus. 1239. Ebelinus, Canonicus in Onolsbach et Minister Capellae in Buochheim, proventus dictae capellae ad vitae suae tempus vendit Fr. Rudolpho, Provisori Domus S. Johannis Hospitalis in Rotenburc. Testes: A. nobilis de Entse; L. Scultetus de Rotenbuc; Arn. Scultetus in Windesheim. Act. Ind. XII.

1240. Ulricus, Ministerialis Imperii, dictus de Kunigesteine, donat Sororibus cognominatis Reuharine, in Nurenberc, tres curias in villa Engelscalkesdorf, quam sorores decreverunt nuncupari Engelthal. Testes: Lupoldus de Griudelah, Otnandus de Eschenowa, Rupertus de Nitstaine, Albertus de Rugersdorf, Ministeriales Imperii, Marquardus Butigilarius de Nurenberg, Bertholdus Scultetus. Actum V. Kal. (27. Iul.) festo Pantaleonis Martyris (Medici) Ind. XIII.
vid. *Martini* l. c. §. VI.

1240. Idem dictis Sororibus donat tres curias in villa Engescalkesdorf cum jure Advocatiae. Acta pro foribus ecclesiae b. Egidii, eodem.

1240. Siboto Augustensis Episcopus componit litem inter Augustenses Canonicos et Fridericum, Ministrum loci Nordelingen, exortam super ejus jure in area quadam cum tribus cellariis in Nordelingen, et domo superaedificata, juxta domum lapideam Ministri. Data Ind. XIII.

1241. Siboto Augustensis Episcopus possessionem quandam in Tebeshoven, ab Eberhardo de Ruben Bertholdo militi dicto Alpershoven, ab eo Conventui S. Crucis venditam, liberat a nexu feudali. Testes: Heinricus Marscalcus de Donersperc, Heinricus Advocatus de Wolfesperc. Actum Augustae in Domo Episcopi publica XVII. Kal. Julii (14. Jun.) Ind. XIV.

1241. Ulricus, Augustensis ecclesiae Archidiaconus, in praesentia Episcopi Sibotonis, donat Priorissae et congregationi in villa Meinharteshowen, prope Gunzeburch, praedium suum paternum, fundum nempe et patronatum ecclesiae S. Altonis in Licha, sitae ad partem aquilonarem Castri Regii Swabeke, in provincia Suevia, cum duabus curiis, una iuxta ecclesiam, supra aggerem fluvii Wertha altera, dicta zu dem Stadel. Testes: Heinricus Liber de Liechtenberch; Sifridus Dapifer de Donnersberch. Acta omnia Sanctorum; Ind. XIV.

1241. Gebwinus, Abbas monasterii SS. Udalrici et Afrae in Augusta, Ludewico de Egelingen, civi Augustensi, jure censuali, „Cinsleben", confert curiam quandam in Hiltolvingen, a Conrado de Knoringen monasterio donatam. Acta IV. Kal. (1.) Dec. Ind. XIV.

1241. Wulvingus Abbas S. Emmerami Ratisponae, Heinrico Schephel filiisque ad vitae tempus confert curiam in Aufhaussin, vulgo dictam Curiam Regiam. Dat. Ind. XIV.

1242. Capitulum ecclesiae majoris in Babenberc Heinrico de Hohenloch, Praeceptori Domus S. Mariae Theutonicorum in Alemania, jure proprietatis confert curiam Santriute (Sandreut, pr. Nürnb.), quam Hermannus dictus Anguilla civis Nurenbergensis hucusque possedebat in feudo, in cujus recompensationem ille recepit curiam quandam in Dahsteten. Acta apud Nurenberc, tempore Bertholdi Commendatoris, in claustro S. Egidii XX. Jan. Ind. XV.

Annus. 1242. Conradus, Romanorum in Regem Electus et Heres Regni Jerusalem, amovet Praepositum ecclesiae in Ellingen (Ellingen, Fürstl. Wredische Herrschaft), tamquam pravum et iniquum sacerdotem ab administratione dictae ecclesiae redditque fratribus possesiones suas, monasterio in Bergkersgademe sine jure cessas; cum consilio Episcopi Wormatiensis et Heinrici Thuringiae Landgravii quos Pater Fridericus Imp. filio et Imperio Procuratores deputavit per Germaniam, itemque Consiliariorum suorum: G. de Hohenloch, C. de Cruthun, C. Pincerna de Wintersteten et C. de Smidenvelt. Datum Rotenburc, primo Madii, Ind. XV. (anne potius 1237?)

1242. Fridericus, majoris Babenbergensis ecclesiae Decanus, denegat IV. Fratribus sedium (Ritterbrüdern) de Reifenberg, participare solidis illis XIII. quos Otto b. m. Episcopus ex bonis in Bischofesgrune delegavit XII. Fratribus sedium S. Henrici (Stuhlbrüdern) pro anniversario suo. Testes: Boppo Babenbergensis Electus; Karulus S. Stephani, Ebo S. Mariae in Tyrstadt Decanus; Rudegerus de Hirzberg, qui bona praedicta possidet in feodo.

1242. Fridericus de Truhendingen Richardo, Abbati Caesariensi, CCXLV. libris vendit praedium suum in villa Rumelingen (Reimlingen, pr. Nördlingen) et in evictionis casu per aliud praedium suum in Euckingen securitatem praestat. Testes: Sifridus Albas in Ahusen. Acta apud coenobium Ahusen trans flumen Wernice.

1243. Fr. Bertholdus de Thannenrode, Praeceptor Domus Theutonicae in Alemannia, interventu Ministri Imperialis in Wizenburch, ecclesiae in Ellingen vindicat XIV. agros, a Conrado quondam Praeposito injuste alienatos. Sigillator: Burchardus, Abbas in Witzeburch; Berwicus Minister in Witzenburch. Actum 13. Kal. Maii (18. Mart.) Ind. I.

1243. Idem a Nidungo dicto Stadeler, cive Wizenburgensi, bona quaedam injuste possessa recipit. Eodem.

1243. Idem a Domina Mathilde dicta Minnersin de Wizenburc pratum in Velewe. Eodem.

1243. Canonicorum S. Mauritii in Augusta statutum, ut cuicumque in Conradi Plebaniae officio successuro V. librae solvantur quotannis, a Sibotone Episcopo roboratur. Actum in die Margarethae (12. Jul.) Ind. I.

1243. Alberti Praepositi, Friderici Decani totiusque Capituli majoris ecclesiae Babenbergensis statutum, ut quocunque confratrum uno decedente proventus praebendae administrentur ad unius anni circulum. Acta Ind. I.

1244. Lis inter Augustense Capitulum et Adalheidin, filiam Diepoldi Militis de Aitingen, uxorem dicti Schönlin de Turhein, super quodam manso in Aitingen, mediantibus Alberto Gussone, Procuratore Capituli, et Swigero milite de Turhain composita. Testis: Gebewinus Abbas S. Uldalrici Augustae; Swigerus miles de Turhein; Ulricus miles de Turhain. Act. in claustro S. Udalrici.

Annus. 1245. Siboto Augustensis Episcopus curiam in villa Overhusen, ab Heinrico Camerario de Wellenburg jure feudali posessam, appropriat, et liberatam tradit Conventui S. Crucis in Augusta, pro qua Heinricus aliam curiam in Gullinruitin in feudum accipit. Actum apud Augustam in die S. Gregorii Papae (12. Mart.).

1245. Ejusdem facultas data Dominabus in Harena (Griess) Augustensi, possidendi bona rustica. Testes: Hermannus Summus Villicus, Canonicus Augustensis; Eberhardus Summus Villicus, Miles et Ministerialis. Dat. Ydibus (13) Junii, feria III. Ind. III.

1245. Innocentii Papae IV. renovatum privilegium pro fratribus Hospitalis S. Mariae Theutonirorum in Ierosolim, semel in anno colligendi eleemosynas in omnibus ecclesiis. Dat. Lugduni III. Non. (5) Julii, Pontificatus anno III. Auscultatum XV. Kal. Junii 1290 per Jacobum S. Egidii Abbatem in Nurnberg.

1245. H. Herbipolensis Episcopus confirmat donationem proprietatis in villa Crumme (praef Hasfurth), trinm mansorum scilicet et molendini, a nobili viro Ludwico de Buwenecke, monasterio S Theodori factam. Actum Wirceburg, mense Octobri Ind. V. (IV.) Pontificatus anno XXI. (XX.) (Omnia rectius congruunt anno 1246.).

1245. Heinricus Plebanus in Balleshusen curiam quandam, a Domino Heinrico milite de Hittolfingen Capitulo S. Mauritii cessam, jure personali ad sui ipsius, Heinrici Scolaris et Cunradi fratris vitae tempus recipit.

1245. Frater Albertus de Bastheim, Commendator Domus Teutonicae per Allemaniam in Wirceburc, Fratribus Hospitalis Sancti Joannis ibidem vendit aream quandam Eberhardi quondam Hadezangen, in Sande sitam.

1246. Innocentius Papa IV. ecclesiam S. Mariae in Harena, extra muros Augustenses, sub sua protectione suscipit, bonaque, ecclesiam scilicet S. Justinae in Werneshoven, praedia in Bachingen, Usen et Kisoigen. Datum Lugduni per manum Marini, S. R. E. Vicecancellarii, VI Idus (8.) Februarii, Ind. IV Pontificatus anno III.

1246 circiter. Adelbertus miles de Nuezpere, abrenuntians seculo et transferens se ad religionem Domus Teutonicae, cum consensu Uxoris Alheidis et E. filii, per manum fratris sui C. tamquam Salmanni, dictae domui donat praedium suum in Friendorf. Testes: Ulricus Abbas de Superiore Altha. Sine die et anno.

1246. Coram E. Praeposito, H. Decano totoque Capitulo Ratisponensi Dominus Albertus de Nuzperch per manum fratris sui Cunradi donat bona sua in Vriendorf Domui S. Mariae Teutonicorum et Fratribus S. Egidii Ratisponae, quae bona impignorata a debitis libera suscipit Eberhardus filius, assignans interea proventus bonorum suorum in Traubelingen. Praesentes: Magister Ulricus de Hachelstat, Meinh. Plebanus in Prisingen. Acta Ratisponae in domo Eberhardi majoris Praepositi. XV. Kal. Martii (15. Febr.).

Annus. 1246. Herdegenus dictus de Grindelach fratribus Domus Theutonicae S. Mariae Norinbergae donat jurisdictionem suam super bonis quibusdam in Rizmanshof. Acta Nurenberc dominica Reminiscere. (4 Mart.).

1246. Ita, uxor Cunradi junioris de Mazzensiez, Relicta quondam Diepoldi junioris de Aitingen, filia Henrici de Sibenaiche, curiam suam in Aitingen, titulo donationis propter nuptias sibi competentem, vendit ecclesiae majori in Augusta, per manum Bertholdi de Vlussen, mediante viro suo Cunrado filiaque Irmengarde, et consilio Avunculorum Bertholdi et Alberti de Vlussen. Testes: Ludovicus Praepositus; Sifridus Decanus: Albertus Scolasticus; Cuno Plebanus; Wernherus Custos; Marquardus Magister frugum: Acta Ind. IV. XV. Kal. Aprilis (18. Mart.) in choro occidentali matricis ecclesiae, coram Altari B. V. M.

1246. Dominus Eberhardus dictus Summus Villicus, Sibotonis, Augustensis Episcopi miles, collegio sororum in Harena Augustensi XLVI. libris August. vendit praedium quoddam in Inningen, quod Episcopo ad expeditionem Regiam, nuncupatam Herrarti sese paranti, sistere debebat unum Samarium; cui oneri ferendo substituitur a venditore praedium suum Tullenshusen. Acta mense Martio.

1246. Cunradus junior de Mazensiez, Albertus et Bertholdus de Vlussen, Mangoldus de Siebenaiche cavent ecclesiae Augustensi coram judicio sese sistendi ibique respondendi quocunque tempore, quando incommodum ecclesiae suscitarent vel res ejusdem usurparent; Praesente: Cunrado Seniore de Mazzensiez. Acta Ind. IV. XVII. Kal. Maii, (1.) April) in Novo castro Mazzensiez.

1246. Innocentius Papa IV. ad Abbatem in Nernesheim et Praepositum de Herbretingen, August. Dioeces. ut bona ecclesiae de Wetenhusin illicite alienata revocari curent. Datum Lugduni XIII. Kal. Augusti (20. Juli) Pontificatus anno IV.

1246. Henricus et Henricus, Advocati in Vida, ecclesiae parochiali in Gefell donant omnia bona sive partem eorum, in Fentzka, Muchenreut, decimamque in Hirsperg. Actum in die S. Praxedis Virginis (21. Jul.) in Hirsperg.

1246. Siboto Augustensis Episcopus, Capitulo suo confert proprietatem molendini in Aitingen occidentali, cum agris, pratis, dictis Owe, et Diepoldi areis, quae ab Heinrico, fratrueli suo de Sevelt sibi sunt vendita. Testes: Heinricus Camerarius de Wellenburc; Eberhardus Summus Villicus; Ulricus Camerarius de Pfrundorf, Canonici August. Acta Ind. IV. in nativitate Mariae (8. Sept.).

1246. Innocentii Papae IV. facultas, Conventibus Ordinis Cisterciensis indulta, ubicumque locorum veteres decimas perceperint, ut ibi quoque Novalibus gaudeant. Dat. Lugduni VII. Kal. Octobris (25. Sept.) Pontificatus anno IV.

Annus. 1246. Idem irritas et inanes declarat omnes excommunicationis sententias, ab invisoribus Ordinis contra fratres, familiares et benefactores vel illos, qui molendinis, furnisve eorum utuntur, vel emendo vendendove communicant, praesumtuose latas. Eodem.

1246. Idem ut eosdem fratres nemo ad synodos vel forenses conventus evocet, nisi pro fide duntaxat vel ad forum poenitentiale. Eodem.

1246. Idem, ne ullus ipsos excommunicare vel ad forenses conventus trahere praesumat. Eodem.

1246. Idem, ut a sui ordinis tantum Abbatibus vel monachis idoneis, visitari possint. Eodem.

1246. Ejusdem generalis confirmatio omnium ordinis privilegiorum et libertatum. Eodem.

1247. Innocentius Papa IV. W. Michelveldensi Abbati mitrae decus concedit. Datum Lugduni IV. Idus (2.) Octobris. (M. B. XXV. 112.)

1247. Petrus S. Georgii ad Velum Aureum Diaconus Cardinalis et sedis Apostolicae Legatus, Canonicis S. Mauritii in Augusta parochiam ecclesiae, ex collatione Episcopi adeptam, confirmat. Dat. Leodii XIV. Kal. Januarii (19. Dec.).

1248. Universitatis Civium Ratisponensium autoritate Liutwinus Civis, dictus in Gradu in Occidente, litem super domo in Prunleta per quandam pecuniae summam componit. Act. pridie Non. (4.) Februarii Ind. VII. (VI.)

1248. Innocentii Papae IV. Bulla pro monasterio in Langheim, quod nequeat per literas Apostolicas conveniri, quibus Cistertiensium privilegia non sint expresse servata. Datum Lugduni VIII. Kal. Julii (24. Jun.) Pontificatus anno VI.

1249. Bonaventura Abacino Venetiis in Rivo Alto, acceptas fert a Magistro Rainaldo Papiensi, nomine Domini Heinrici Episcopi Babenbergensis, trecentas marchas argenti, infusi ad pondus de Villaco, retribuendas infra mensem a receptione Montanino et Andreae, mercatoribus Senensibus, Bonifacii mercatoris ibidem sociis; datum die Veneris X. exeuntis (22.) Januarii, Ind. VIII.

1249. Heinricus Episcopus Babenbergensis, Albertus Praepositus, Fridericus Decanus totumque Capitulum ad omnes, qui feuda tenent in Mistelvelt, ut sopitis jam dissidiis cum monasterio Langheimensi, amicabiliter se gerant cum Abbate et Conventu vel secundum iustitiam concordent. Datum apud Babenberc, Ind. VII. V. die intrantis (5.) Maii.

1249. Heinricus Babenbergensis Episcopus adpropriat vineta in monte Tachsperch et infra sita, ab Helmbrico de Chrummes de Ekkeberto Episcopo in feudum accepta, a Sorore Alheide autem pro ecclesia S. Theodori sub hac lege comparata, ut exinde celebretur anniversarius Gerdrudis Palatinae Comitissae. Testes: Albertus Praepositus; Liupoldus Custos. Acta apud Babenberch, mense Octobris Ind. VIII. Pontificatus anno V.

Annus. 1250. Gebehardus Comes de Hizberc fratribus S. Mariae Domus Theutonicorum pro sui, uxoris suae et parentum remedio, donat curiam Comitis apud Husen, curiam in Obermorisbach, molendinum in Thutingen et bona sua in Kezelberch. Testes: Albertus Pincerna de Thegeningen; Fridericus Dapifer de Sulzbach. Actum mense Januario.

1250. Coram Dieterico, Commendatore Domus in Aichach, Heinricus cognominatus ller, cum patre suo Cunrado in manus Cunradi de Liebesperc arbitri convenit hunc in modum, quod filius pro hereditate accipiat duo talenta, et curiam in Buch, pro usufructu ad vitae tempus, ex quo ista cedat Domui B. V. Facta Kal. (1.) Junii.

1250. Innocentii Papae IV. licentia pro Capitulo Augustensi, clausis januis divina officia celebrandi tempore Interdicti. Datum Lugduni X. Kal. Augusti (23. Jul.) Pontificatus anno VIII.

1250. Idem, pro eodem, ut turbido isto rerum statu non teneatur, per literas Pontificias de personalibus vel Praebendis providere. Dat. Ibid. VII. Kal. Aug. (26. Jul.).

1250. Idem pro eodem, ut nullos teneatur recipere per literas Apostolicas Canonicos, nisi paratos ad residentiam secundum consuetudinem. Ibid. V. Kal. Augusti (28. Jul.).

1250. Idem ad Decanum Frisingensis ecclesiae, ut Capitulum Frisingense manuteneat in concessione ista, ratione personalis residentiae. Eodem.

1250. Edelwinus, Abbas in Halsprunnen, possesionem in Seheim et in Herboldesheim, quondam monasterii Eboracensis, L. marcis argenti vendit fratribus Domus Hospitalis S. Johannis in Rotinburc.

1250. Autoritate Heinrici de Bappenheim, Dei gratia Sacri Imperii Marschalci, miles suus Cunradus de Ellingin fratribus domus Theutonicorum vendit praedium apud villam Retenbach.

1250. Similiter Conradus, miles Marschalci, iisdem fratribus post mortem suam delegat duo prata illis vicina, in loco Wiersbach.

1250. circiter. Rupertus, Abbas in Ahusen, omnia bona sua Frickenhausen et Segeniz pro CC. libris Hallensium oppignorat O. Cantori, C. Custodi dicto de Luterberc, Al Archidiacono dicto de Lobdeburg, L. Praeposito de Feuchtwangen, majoris Herbipolensis ecclesiae Canonicis.

1251. Innocentius Papa IV. ad Decanum Ratisponensem, pro manutenendo Episcopum Babenbergensem contra invasores bonorum. Datum Lugduni VI. Kal. Aprilis (27. Mart.). Pontificatus anno VIII.

1251. Idem ad Abbatem de Mirelvet (Michelfeld), quod possit absolvere aliquos monasterii sui monachos de facta sibi manuum injectione, proprii alieni detentione, et obedientiae denegatione. Datum ibidem II. Kal. Aprilis (31. Mart.). (M. B. XXV. 113. sed perperam ibi sub anno 1249.).

1251. Cunradus Rex Domum Theutonicorum in Ellingen sub speciali sua protectione suscipit. Apud Nuirimberc, mense Augusti, Ind. IX.

Annus. 1251. Hartmannus, Augustensis ecclesiae Electus et confirmatus, sororibus ordinis S. Augustini, in prato civitatis primitus existentibus, ad construendum oratorium in honorem S. Catharinae mansionem assignat magis congruam, areas nempe in parochia S. Mauritii sitas et ab Oswaldo milite et Bertholdo Dispensatore in feudo possesas. Testes; Rupertus de Sumerawe Archidiaconus; Ulricus de Ruoringen Oblaicus; Hermannus de Schauffen Archidiaconus; Hermannus Summus Villicus, Canonici August. Actum Non. (5.) Augusti; Ind. IX.

1251. Hermannus et Heinricus fratres, Comites de Hennenberg, fratribus Hospitalis S. Mariae Domus Teutonicorum in Munrichstat conferunt curiam suam ibidem, et IV. jugera vinearum in monte Hocberc. Testis: Henricus Plebanus de Munrichstat, frater Domus ejusdem. Actum Kal. (1.) Novembris.

1251. Innocentii Papae IV. indulgentiae, ecclesiam S. Mauritii in Augusta in festo S. Mauritii visitantibus impertitae. Dat. Perusii X. Kal. Januarii (23. Dec.) Pontificatus anno IX.

1251. Wortwinus, Custos ecclesiae Aschaffenburgensis, ecclesiae in Seligenstat donat curiam in Hursten (Hörstein, pr. Alzenau). Testis: R. Decanus; Godefridus Cantor; Hermannus Cellarius.

1251. Fratres Hospitalis S. Johannis in Rotinburc emunt de Conrado de Bretheim, Advocato quondam Domini de Keczelberc, curiam in Bretheim.

1251. Hartmanni, Augustensis ecclesiae Electi et confirmati consensu, Bertholdus, filius Domini Bertholdi militis de Bobingen, cum voluntate patrui sui ac Domini Heinrici Gulae et Domini Hiltbrandi de Isenbrechtesboven, Tutorum, Conventui S. Catharinae in Augusta LXII. libris et VIII. solidis Aug. vendit omnia bona sua in Husen, offertque Episcopo pro redintegratione feudi curiam suam in Bobingen, dictam Borsteshof. Testes: Otto de Baldern; Sifridus Dapifer; Heinricus Camerarius de Wellenburc. Actum Ind. X.

1252. Idem Episcopus electus et confirmatus, Priorissam et Conventum de Litun, Ordinis S. Sixti, in suam protectionem suscipit. Dat. Augustae XV. Kal. Julii (17. Jun.) Ind. X.

1252. Fratres Domus Theutunicorum S. Egidii Ratisponae Haertwico Villico de Inferiori Chneutingen filiisque ad dies vitae conferunt duos agros, quorum unus fuerat Ducis Bavariae, et XVI. talenta eidem erogant, ut vineam ibidem excolat. Testis: Ahardus Praepositus Domini Ducis in Orte.

1253. Marquardus majoris ecclesiae Herbipolensis et Burchardus S. Johannis in Houge Praepositi, privilegium Friderici Imp. fratribus Theutonicorum anno MCCXXIV. indultum, auscultant et recognoscunt. Datum Herbipoli V. Kal. Marcii (25. Febr.).

1253. Hildebrandus et Marquardus fratres de Arnsperch renuntiant juri suo in Advocatia super possessionibus vel hominibus Domus Theutonicorum in Ellingen. Acta II. Kal. Martii (28. Febr.) in civitate Eistettensi.

Annus. 1253. Gebehardi Comitis de Hirzperch Literae desuper datae. Eodem. Similiter Heinrici Eistettensis Episcopi. Eodem.

1253. Heinricus de Hohenloch cum uxore Herradi Sancto Johanni Baptistae et Fratribus Hospitalariis in Rode donat mansum in Rode, vicinum curiae Domus Hospitaliorum. Testes: Albertus nobilis vir de Hohenloch; Fridericus Rector in Steinach; Fr. Otto Commendator Domus Herbipoli; Fr. Eberhardus Commendator in Rode; Heinricus et Fridericus fratres *milites* in Hohenloch; Erkengerus de Sawensheim. Acta VII. Id. (9.) Maii Ind XI.

1253. Hartmanni Augustensis ecclesiae Electi et confirmati consensu Volcmarus de Kemensta sororibus S. Catharinae in Augusta vendit quartam partem mansus in Woeringen, titulo feudi a se possessam, Episcopoque in redintegrationem feudi offert curiam apud Berenburc, dictam im Tal. Testis: Sifridus Dapifer de Donersperc. Dat. Augustae XII. Kal. Junii (26. Maii) Ind. XI.

1253. Godefridus de Hohenloch cum uxore Richza fratribus Domus S. Mariae in Mergentheim, Ordinis Teutonicorum, tradit curias suas in Erlach, Obernhofen et Sundershofen (praef. Röttingen) pro recompensatione sexcentarum librarum Hallensium, pro Engelhardo de Osternach, consanguineo suo, impensarum. Datum et actum apud Waldenberg mense Junio.

1253. Coram H. Praeposito, U. Decano totoque Capitulo Ratisponensi Heinricus miles dictus Zanner, concivis, per factam renuntiationem jus praetensum suum Patronatus Capellae in Prunleit resignat fratribus S. Egidii Domus Teutonicae transmarinae. Testis: Perhtoldus de Oberndorf Archidiaconus. Act. V. Idus (11.) Julii, Ind. X. (XI.)

1253. Innocentius Papa IV. Gotfrido Archidiacono, Petro Praeposito in Spalt, Ulrico de Hichelstat et Leoni Canonico Ratisponensi committit, ut cognoscant in lite versante inter fratres S. Mariae Theutonicorum Ratisponae et Heinricum dictum Czanner militem, super jure patronatus ecclesiae de Puinelet, ne super hoc aliter providere cogatur. Dat. Assissii XIIII. Kal. Sept. (19. Aug.) Pontificatus anno XI.

1253. Heinricus de Bappenheim componit Conradum dictum Belhe et Conradum fratruelem ex una, et fratres Domus Theutonicorum in Ellingen ex altera parte, disceptantes super praedio in rure Meissenbach. Testes: Dominus Conradus de Ellingen, dictus Cozelin. Act. IV. Id. (10.) Decembris.

1253. Heinricus Abbas de Winneberge (Windberg) fratribus Domus Theutonicorum S. Egidii Ratisponae tradit Leutgardim cum suis filiis.

1254. Hermannus Herbipolensis Episcopus confirmat donationem agrorum quorundam apud Rotenburg, ab Heinrico Magistro Coquinae et uxore Guta ad exemplum nobilis viri G. de Hohenloch fratribus Hospitalis S. Johannis Ierosolimitani in Rotenburc factam. Actum Herbipoli Id. (13.) Februarii, Ind. XII. Pontificatus anno XXIX.

Annus. 1254. Fratris Heinrici, Episcopi Domus S. Mariae Theutonicorum, indulgentiae in dedicatione ecclesiae in Rycharderode, consensu Iringi Herbipolensis Episcopi, promulgatae. VI. Kal. Maii (26. April.).

1254. Alberti Ratisponensis Episcopi consensus, permutandi duas areas monasterii in Pruel, Ratisponae in Colle Frugum, juxta domum Fratrum Minorum, cum domo Rudigerii Chastenarii, Civis Ratisponensis, inter carnifices. Actum Ratisponae VIII. Kal. Augusti (25. Jul.).

1254. Ludovicus et Heinricus Comites Palatini Rheni, Duces Bavariae, donant dilecto suo Marchalco, Bertholdo dicto de Schiltperch, possessiones suas cum jure patronatus in Machanshofen, ea sub reservatione, ut in dicto praedio, si forte velit alienare, nulla fiat munitio, quae Duces posset gravare. Praesentes: Purchardus nobilis de Wigern; Albertus Leuzmannus nobilis; Ludovicus Pincerna de Owe; Sifridus de Vrowenberg; Grimoldus de Prisingen; Swigerus Praepositus de Oetingen; Eberhardus Notarius. Acta III. Kal. Septembris (30. Aug.) in horreo apud Geltolvingen, Ind. XII.

1254. Coram Sifrido, Ministro in Wizenburc, dicto Minner, Heinricus dictus Croewel bona, sita in Gundrichsbach, Hospitali S. Mariae in Ellingen, longo tempore violenter detenta, eidem resignavit addita, indemnitatis instar, area sita in eodem rure, propriis suis denariis comparata. Acta III. Non. (3.) Septembris.

1254. Coram Lodowico et Henrico, Comitibus Palatinis Rheni et Ducibus Bavariae, Babenbergensis Episcopus et Fridericus de Truhendingen, atque Fridericus Burggravius in Nurenberg, compromittunt in arbitrium Ludewici Pincernae de Rotenhagen, Ulrici Stoeronis, Fasani et C. Stusonis de Hochstetten et Eberhardi de Giech, super damnis invicem illatis a tempore, quo concordia inter eos ceterosque nobiles per Episcopum Herbipolensem conciliata, ulterius non fuit servata. Actum apud Landeshut VII. Kal. Octobris (25 Sept.) Ind. XII.

1254. Lutoldus de Schiltperc pro remedio animae suae donat Domui Teutonicorum in Aichach curiam suam in Gunderatehusen, in Sulzbach et in Berchtersdorf. Testes: Marschalcus senior de Schiltperc. Dat. X. Kal. Novembris (23. Oct.).

1254. Iringus, Herbipolensis Episcopus, indulgentias, a diversis Episcopis ecclesiae in Richarderode impertitas, publicari permittit. Act. Pontific. anno I.

1255. Ludwigus Pincerna de Rotenhagen, Fasanus et Cunradus Stuso de Hochstetten, arbitri in discordia inter Episcopum Babenbergensem et nobiles viros Fridericum de Truhendingen et Fridericum Burggravium de Nurenberg, posteaquam Episcopus ipse cum omnibus suis adjutoribus et ministerialibus se submisit, alteri jam parti inobedientiae poenas comminantur. Actum in Campis inter Schehsliz et Memelstorf, XV. Kal. Februarii (18. Jan.) Ind. XIII.

Annus. 1256. Coram civitatis Wizzeburgensis civibus Magister Jacobus et Heinricus frater, dicti de *Hande?* — cives Wizzeburgenses, bona et jura in villa et in rure Gundriesbach, violenter sibi assumpta, Hospitali S. Mariae in Ellingen restituunt. Testes: Dominus Otto dictus Pfaffe, Advocatus de Bappenheim, dictus Gnesgerne.

1256. Hartmanno, Augustensi Episcopo, Otto et Heinricus fratres de Bidingen vice sacramenti in manibus promittunt, porro non gravare Heinricum de Zusmarshausen, Canonicum S. Gertrudis, ultra debitum eis jus advocatitium, in fructibus praebendae et ecclesiae suae in Bidingen. Testes: Ludewicus majoris ecclesiae et S. Gertrudis in Augusta Praepositus; Sifridus Decanus; Sifridus Scolasticus; Rudolfus Vicedominus; Otto Praefectus. Acta VIII. Id. (6.) Aprilis. Ind. XIV.

1256. Rudolfus et Hermannus fratres de Hurnheim appropriant fratribus Domus Teutonicorum Norimbergae molendinum Widenmuel apud civitatem Lenggersheim, a Burchardo cive Norimbergensi, dicto de Ruethmarsberge, refutatum. Datum et actum IV. Id. (12.) Maii

1256. Richza de Hohenloh, cum consensu filii Kraftonis, feminae Merburgi concedit donare Domui Hospitali S. Johannis in Rotenburc vineam quandam in Lutenbach.

1256. Frater C. Commendator Hospitalensium in Rotenburc emit XVI. libris Hallensium a Rudegero, consentiente Domino ejus Engelhardo de Bebenburc, pratum quoddam in Steinesvelt, datis ob absentiam fratris Rudegeri in Lonbardia quattuor fidejussoribus.

1256. circiter. Johannes Pragensis Episcopus Henrico Decano totique Capitulo Babenbergensi ad expositionem Conradi Concanonici respondet, Stephanum de Tarento, qui eos pro se, matre et sororibus nomine provisionis Apostolicae impeteret, esse hoc momento absentem; videant tamen ut in ejus adventu per Episcopi bona officia cum eo possint amicabiliter tractare, offerendo circiter pro uno anno XL. marcas argenti. Datum in Brezla feria VI. in diebus Paschae.

1257. Frater Ulricus, Commendator Domus Teutunicae Ratisponae, curiam quandam in Char (Chager) de honesta femina, sorore Mehtilde comparatam, Mehtildi filiisque pro annuo censu elocat. Dat. Ratisponae in Domo Teutonicorum Non. (5.) Februarii.

1257. Albertus de Trintperg cum conjuge Lutgarde fratribus Domus Teutonicorum in Munrichstadt tradit Sigeloum de Ruzilsbur (Rüzberg?), jure proprietatis sibi attinentem. Datum apud Trimberg III. Id. (11.) Aprilis.

1258. Hermannus, Augustensis Episcopus, conventui S. Crucis, ordinis S. Augustini, confirmat omnes decimas, tam majores quam minores, animalium, ortorum, olerum, arborum et agrorum, in ipsa civitate et extra, salvis tamen juribus monasterii S. Stephani. Dat. III. Non (5.) Marcii Ind. I.

Annus. 1258. Coram Bertholdo Comite de Marsteten, dicto de Nifen, nobilis vir Cunradus de Rota, dictus Wakernitz, Wolfhardo de Rota, Canonico Augustensi et nobili viro Gozzoldo, fratribus, patruis suis, vendit et tradit feuda sua et vasallagia, jus patronatus ecclesiae in Rota Superiori, Advocatiam, loca castrorum seu molendinorum, generaliter omnia bona sua infra terminum parochiae constituta, homines quoque ex paterna successione ad eum devolutos, infra vel extra parochiam, excepto Rudolpho Negellino, possessiones denique suas Cuzstetin. Testes: nobiles viri Albertus et Bertoldus, filii Comitis de Marstetin. Acta apud Nifenhorn XII. Kal. Aprilis (21. Mart.) Pontificatus Alexandri IV. anno IV.

1258. Heinricus de Wellenburch, Episcopalis Augustensis ecclesiae Camerarius, et Heinricus filius, sororibus ad S. Catharinam XC libris denariorum August. vendunt curiam, sitam in villa dicta Inningen, prope civitatem Augustam, vulgariter dictam Illeshorneshove, cum quadam Awa. Testes: Dominus Heinricus de Stouphe, Canonicus majoris ecclesiae; Dominus Otto Burchgravius in Augusta. Acta in civitate Augusta ante domum Wernheri dicti Cancellarii, in Octava S. Martini (18. Nov.).

1259. Alexander Papa IV. diem dedicationis anniversarium ecclesiae S. Stephani in Babenberg, ab omnibus dioecesis civitatibus celebrandum indicit. Datum Anagniae Idus (11.) Januarii, Pontif. anno V.

1259. S. Catharinae Sorores in Augusta cum Sifrido Praeposito, Hermanno Decano totoque Capitulo S. Mauritii ibidem. quod in parochia Capituli sibi mansionem et aedificia construxerint per arbitrium Fr. Heinrici de Mure, Prioris fratrum Praedicatorum, Fr. Heinrici Gardiani fratrum Minorum et Fratris Heinrici Prioris Caesariensis conciliantur eo modo, ut sorores aream non amplificent, et annuatim VI. solidos Capitulo et unam libram denariorum Plebano praebeant. Dat. proxima Ebdomata post Octavam Epiphaniae (14. Jan.).

1259. Hartmannus Augustensis Episcopus pro resarciendo damno, ecclesiae Episcopali per donationem curiae iu Sewenningen, dictae Giengaershof, et Advocatiae Ristingen illato, ad Custodiae Officium tradit curiam in Bobingen, prius per Hermannum de Aetenhofen, et deinde per Ulricum ecclesiae August. Thesaurarium et Custodem possessam, et per hunc Heinrico dicto Schongowaer titulo feudi collatam.* Act. III. Non. (5.) Julii, Ind. II. primum in Capitulo et deinde in Choro occidentali. (Litera anterior, qua Sifridus Decanus et Capitulum Augustense venditionem ejusdem curiae per Giselam, viduam Schongauerii sororibus factam, ratam habent. Sine anno et die).

1259. Albertus de Hohinloch fratribus Hospitalis Domus S. Johannis Ierosolimitani appropriat possessiones quasdam in Scheim, de vidua Wolframi, dicti Nasus, sibi coëmtas. Dat. apud Rotenburc, mense Julio, die b. Kiliani (8. Jul.).

1259. J. Herbipolensis Episcopi facultas, data Commendatori et Fratribus Sacerdotibus Domus Hospitalis S. Johannis in Rode, administrandi sacramenta incolis villae dictae Phinowe, sitae in terminis parochiae in Steina. Dat. XII. Kal. Augusti (21. Jul.) Ind. II. Pontif. anno VI.

Annus. 1259. Ulricus Abbas S. Emerami Ratisponae Sorori Jutae domum, qua cum reliquis pauperibus habitat, concedit pro libris tribus et dimidia, et Ottoni cuidam aream quandam ad vitae tempus. Act. VI. Kal. Octobris (26 Sept.).

1259. Alexander Papa IV. Praepositum, Decanum et Custodem ecclesiae Eistettensis Judices delegat in caussa Fratrum Hospitalis S. Mariae Theutonicorum Ratisponae, contra Episcopum et Decanum ecclesiae Frisingensis, nobilem virum Gebhardum de Toliuze, Ottonem de Curia, militem, et quosdam Clericos et Laicos Frisingensis, Ratisponensis et Eistettensis Civitatis et Dioecesis. Dat. Anagniae V. Kal. Decembris (27. Nov.), Pontificatus anno V.

1259. Gerungus Abbas in Ahusen donat Domino Wirntoni de Mern praedium in Truhtelingen, dictum Megenwartesgut, a Domino de Hurnehaim prius ad monasterium traditum.

1260. Juta Abbatissa de Fonte Virginum, Cisterciensis Ordinis, Dioecesis Herbipolensis, Arnoldus Custos et Heinricus frater suus, dicti de Sunnenberg, Episcopo Babenbergensi Berhtoldo, qui possessiones et praedia in Eberhartsdorf et in Froenlach (Ebersdorf et Fronlach, terrae Saxo-Hildburg.), ab Heinrico de Sunnenberch ecclesiae Babenbergensi donata, in usumfructum Jutae Abbatissae de Meidbrunne delegaverit, promittunt, aliud monasterium Sanctimonialium ejusdem Ordinis, ex eodem dicto coenobio sumendarum, aedificare in Sunnental, illudque vocare Superius Eberhartsdorf; Praesens: Dominus Arnoldus Custos, frater uterinus et consanguineus Domini Heinrici. Acta die VII. intrantis Januarii.

1260. Hainricus de Husen uxorque Adelheidis Hospitali S. Johannis in Rotenburc delegat praedia sua in Richetensachsen. Sigillator: Fr. Heinricus de Bochisperc, Summus Praeceptor de Alemannia. Act. XI. Kal. Aprilis (22. Mart.).

1260. Coram Henrico Praeposito et Capitulo Ratisponensi Chunegundis, Relicta quondam Eeckonis de Flemburch, fratribus Domus Theutonicae XL. libris vendit curiam quandam in Pusenchoven, eamque tradit per manum legatoris, qui vulgariter Salman vocatur, filii nempe sui, Hermanni dicti de Flemburch. Testes: Bertholdus Praepositus Monastericnsis; Berngerus Commendator; Karolus de Lercheuvelt; Chunradus Muschopf, Villicus apud cimiterium Judaeorum. Dat Ratisponae IX. Kal. Aprilis (24. Mart.).

1260. Chunradus de Hohenvels cum filio suo Chunrado fratribus Domus Theutonicae Ratisponensis, videlicet Dominis Ulrico de Pesingen, Ottoni de Vicht, Friderico de Rakendorf, Ulrico de Telwanch et Ulrico de Chrandorf, vendit praedium suum Hagenbuch. Act. VI. Idus (8.) Aprilis.

1260. Coram Fratre Alberto, Episcopo Ratisponensi, ministerialis suus Chunradus de Hohenvels iisdem fratribus domus Theutonicae vendit curiam, molendinum et hubam, sibi a fratre suo, Hadmaro de Ahusen, relictam, traditque per manus Salmanni, Domini Meinhardi Comitis de Rotenekke. Testes: Chunradus Marscalcus de Sunchinge; Hairtwicus Praepositus de Schonberch. Dat. in domo Episcopi pridie Kal. Aug. (31. Jul.) Pontif. anno I.

Annus. 1260. Coram Conrado de Haldenberc quidam de Chufringen fratribus Teutonicis de Aichach tradit jus suum in Wile et Chufringen. Testes: Ulricus Decanus in Wile; Fr. Heinricus Commendator de Ful. Acta Dominica proxima ante assumtionem B. V. M. (8. Aug.) in villa Chufringen.

1260. Irmengardis, Abbatissa S. Stephani in Augusta, Heinrico de Schiringen ejusque heredibus pro censu annuo et jure emphitiotico confert duas medietates unius mansi in Schiringen. Acta XVII. Kal. Novembris (17. Oct.).

1260. Dominus Siboto Curialis Cervus pro reluenda annua pensione VI. solidorum, ex horto suo ab ecclesia S. Mauritii sibi concesso, Domino Wernhero Curiali Cerro, Canonico S. Mauritii solvenda, offert domum quandam in civitate Augusta, juxta ecclesiam S. Mauritii, simulque aliam domum pro futura anniversarii sui solemnitate. Testes: S. Praepositus, H. Decanus ecclesiae S. Mauritii, Bertholdus Venediensis, Canonicus; Leupoldus Advocatus, dictus Curialis Cervus.

1260. circiter. Heinrici Comitis de Hennenberg licentia, data Carolo, filio Caroli de Munrichstadt, assumendi habitum fratrum Teutonicorum ibidem, et inferendi Domui vineas in Lullebach et in Ischenhausen (Eussenhaussen, praef. Melrichstadt.).

1261. Heinricus de Wellenburch, Episcopalis ecclesiae Augustensis Camerarius, renuntiat juri suo super curia in villa Inningen, a se, cum consensu filii Heinrici, Priorissae Sororum S. Catharinae in Augusta XCIV. libris et dimidia vendita. Dat. X. Kal. Aprilis (23. Mart.).

1261. Hartmannus, Episcopus Augustensis, inspectis literis Alexandri Papae, datis Laterani VII. Kal. Febr. pontificatus anno VII. quibus potestas fiebat, ecclesiam S. Crucis juxta muros Augustenses, Ordinis S. Augustini, per guerrarum discrimina et incuriam monachorum valde deformatam, uniri si bonum videret Hospitali S. Mariae Theotonicorum, auditis virorum sapientium sententiis statuit, melius esse monasterio, remanere in obedientia matricis ecclesiae, quam ad exemtionis tradi libertatem. Act. coram Capitulo Augustae Non. (5. Aug.) Ind. IV.

1261. Egelolfus Praepositus Conventus S. Mariae in Wetenhusen, assensu Hartmanni Episcopi Augustensis, ecclesiae S. Mauritii in Augusta VI. libris et X. solidis den. Aug. vendit proprietatem fundi, et usus perpetuos curiae in Tudbach. Testes: Ludwicus Summus Praepositus, Sifridus Decanus.

1261. Marquardus Strezzen, per manum Domini sui Al. de Hohenloch, vendit praedium suum in Wolmarsbach, antea Dominabus in Frawental pertinens. (Dominus Cunradus de Hohenloch dictus Ernest in chartula, filo adjuncta, suae jurisdictioni renuntiat.) Testes: Heinricus Nobilis de Brunecke; Conradus Scultetus de Holzhusen; Fr. Ulricus Commendator de Rode; Conradus Commendator de Rotenburch.

Annus. 1262. Iringus Herbipolensis Episcopus confirmat donationem ecclesiae in Superiori Cenne, fratribus Domus Theutonicae per Cunradum seniorem, Burggravium in Nurenberg, de consensu Friderici et Cunradi filiorum ejusdem, factam. Dat. IV. Idus (12.) Maii, Ind. V. Pontificatus anno IX.

1262. Ludewicus Comes de Oettingen confert Liugardae, filiae Bertholdi militis de Hoppingen, quondam fidelis sui, duas curtes in villa Trennelen, pro C. libris Hallensium, in quibus dictae filiae tenebatur. Testes: Cunradus de Sibenbrunnen, Dapifer Comitis, Rabeno Pincerna ejusdem, Cunradus Notarius suus de Heriden. Datum apud Wallerstein, mense Maio. Ind. V.

1262. Heinricus, Commendator Domus Theutonicorum Hospitalis S. Mariae Norinbergae, Liukardi, bona patrimonialia sua in Oberndorf Domui offerenti, in feodum censuale retribuit. Testes: Heinricus Commendator, Plebanus in Erlbach, Heinricus Sculletus de Erlbach. Actum Erlbach in ortulo Sculteti, Kal. (1.) Junii.

1262. Liugardis filia Bertholdi de Hoppingen in casum mortis ex praefatis bonis suis in Trennelen legat XC. libras Agneti, sorori suae, uxori Ottonis de Tanhusen, LX. libras Adelhaidi uxori Comitis Ludovici de Oettingen, — Ulrico Lectori fratrum Praedicatorum Herbipolensium. Datum in Walerstein XXIV. die Junii Ind. V.

1262. Heinrici Episcopi Wermelandiensis de Livonia indulgentiae pro ecclesia Hospitalis fratrum Teutonicorum Norimbergae. Dat. apud Nurenberc in die S. Agapiti (18. Aug.).

1262. Ludovicus Praepositus, S. Decanus totumque Capitulum ecclesiae Augustensis confirmat venditionem curiae cujusdam in Litun, Priorissae et conventui S. Margarethae in Augusta, per Heinricum Laicum dictum de Winzenburch factam. Dat. Augustae V. Kal. Oct. (27. Sept) in die SS. Cosmae et Damiani.

1262. Dietricus et Heinricus fratres carnales, cognomento Nautae de Trumetsheim, fratribus de Domo Theutonicorum in Ellingen tradunt bona quaedam in Trumetsheim, dicta Koschweigen, et agrum XII. jugerorum, dictum Michelnloch. Acta XVI. Kal. Novembris (17. Oct.).

1263. Albertus Episcopus et Apostolicae Sedis Legatus litem inter Hartmannum Episcopum et Capitulum Augustense ex una et Ludovicum Comitem de Oetingen ex altera parte natam, puncto debiti et damnorum, sic definit, ut Comes bona in Neresheim, ab Hartmanno Comite in Dilingen, Episcopi patruo, sibi impignorata, teneat tamdiu, donec Episcopus solvat CCCCL. marcarum argenti debitum; ut idem Episcopus castrum Lapis, in terminis Ricie juxta Bophingen, restituat venditori, ceteroquin damna vicissim sibi illata remittantur utrimque. Arbitri Comitis: Rudolphus Senior de Alto Castro, Hermannus de Haheltingen, Cunradus de Rechenberg, Dapifer Comitis; e parte Episcopi: Hildebrandus de Rechberg, Ludevicus de Dilingen, Archidiaconus; Sifridus de Donersberg, Dapifer. Testes: Heinricus de Caesarea, Fridericus de Werde, Ulricus de Thyrhauple, Conradus de Thekingen Abbates; Rabeno Pincerna de Eringen miles. Acta III. Idus (5.) Maii, in Castro Werdensi, in Claustro S. Crucis. Ind. VI.

Annus. 1263. Capitulum majoris ecclesiae Augustensis emit ecclesiam in Durenheim, August. Dioecesis, pleno jure et nullo medio ad Betholanam (Mindelau?) ecclesiam pertinentem, ab Episcopo *Betholanco*? pro CX. marcis argenti. Acta VI. Idus (10. Maii).

1263. H. de Schoenegge Sororibus S. Catharinae in Augusta confert curiam in Heinbrechtesriet. Act. pridie Kal. Octobris (30. Sept.).

1264. Hainricus Imperialis Aulae Marscalcus de Babpenheim coenobio S. Catharinae in Augusta vendit bona sua in Tierdorf pro CCXXXIII. libris Augustensibus, de quibus coenobio deducere liceat C libras pro sororibus venditoris, in dicto claustro degentibus. Acta in purificatione B. V. (2. Febr.).

1264. Hainricus Abbas in Pruel, consensu Leonis Episcopi Ratisponensis, fratri Poponi de Osternoh, Commendatori S. Egidii in Ratispona, confert duas areas in strata, dicta Waffler, pro annuo censu. Act. VII. Id. (9) Maii.

1264. Fridericus Praepositus totusque conventus S. Georgii in Augusta ratam habent venditionem antedictam praedii sive Advocatiae in Tierdorf. Acta VIII. Kal. Octobris (24. Sept.). — Similiter Ludewicus Praepositus, Sifridus Decanus totumque Capitulum Augustense. Eodem.

1264. Coram Poppone de Osterna, Commendatore Domus Theutunicae ad S. Egidium in Ratispona, frater ejusdem Ordinis Wolframus, consensu filiorum Ottonis, Herbordonis Scolaris et Wernheri, Alberoni Villico de Rinkheim XVIII. libris monetae Ratisp. vendit curiam suam in villa Herrin, hac lege, ut curia ista maneat sub regimine Domus Theutonicae et cum libera potestate colonos ibi instituendi et deponendi. Act. Ind. VI. (VII.)

1264. circiter. Heidenricus et Eberhardus filii Wolframi Pincernae de Ruth b. m. bona sua in Vorcheim, molendinum scilicet, aream et stupam balneaream XVII libris Babenbergensis monetae vendunt Hospitali S. Martini extra muros Babenbergenses ad manus Chunradi senioris Tohelarii, tamquam Hospitalis Procuratoris.

1265 Iringus, Herbipolensis Episcopus, venditionem decimarum in Ergersheim Domui Hospitalis S. Johannis in Wirzeburch per Comites de Castel CX. marcis argenti et CXX. libris Hallensibus factam (vid. Vol. IV. 241.) confirmat. Dat. Id. (13.) Februarii.

1265. Bertholdi Sculteti et Conradi de Boppenreut in Nuremberg, literae reversales super officio in Furte, sibi ab Heinrico Praeposito Babenbergensi ad annos V. collato. Datum et actum XII. Kal. Marcii (18. Febr.).

1265. Fridericus dictus Stichel, civis Ratisponensis, fratribus Domus S. Mariae Theutonicorum ad S. Egidium Ratisponae donat vineam quandam in monte juxta villam Winzer, ab Ottone milite, dicto Pragario, sibi LXIV. libris venditam. Act. VI. Kal. Marcii (24. Febr.) Ind. VIII. in civitate Ratispona, in curia Domini Ottonis Pragarii.

Annus. 1265. Coram Leone Episcopo Ratisponensi Domina Irmengardis, dicta de Sigenstein, vidua Domini Karoli de Eglofsheim, cum filiabus Kunegundi, uxore Eberhardi de Nuzberch et Otmiae, Fr. Poponi de Osterna Commendatori Ratisponae XVIII. libris monetae Ratisp. vendit vineam juxta villam Herrin. Testes: Ludwicus miles apud Capellam dictus Praepositus, Rodegerus apud Capellam, Praepositus Inferioris Monasterii. Act. VII. Kal. Maji (25. Apr.) Ind. VIII.

1265. Hartmannus Augustensis Episcopus confirmat donationem curiae in Erringen, dictae Riengens, ab Heinrico Camerario de Wellenburch Capitulo Mauritii pro retributione gravium damnorum factam. Testes: Dom. Ludewicus Praepositus, Dominus Sifridus Decanus, Dom. Chuno Plebanus, Hainricus de Staufen, Sifridus de Algishausen, Archidiaconi. Acta Ind. VI. (VIII.)

1266. Chunradus II. Jerusalem et Siciliae Rex, Dux Sueviae, Mariam, filiam Friderici Burggravii in Nurenberch, conjugem Ludewici Comitis junioris de Otingen, si pater ipsius sine haerede masculo decesserit, investit tam de Burggaviatu, quam omnibus aliis Imperii feodis, excepto oppido Swante. Testes: Ludewicus, illustris Comes Palatinus Reni, Dux Bawariae, Ludewicus Senior, Comes de Otingen, Hainricus Comes de Castel, Dominus Ulricus de Wartperch, Hermannus de Hurchcim, et H. filius ejus, Wolframus Advocatus in Dornberch, Herdegenus de Grindelach. Actum et datum in Chadolspurch Anno domini MCCLXVII. (i. e. pro stylo Pisano, nobis 1266. v. Lang Bair. Jahrb. 185.) IV. die exeunte (28.) Maio Ind. X (Ex Arch. Oeting).

1266. Consensus Ludewici Comitis Palatini, Ducis Bavariae, ad quem vacante Imperio Romano omnis feodorum collatio sive ordinatio jure dignitatis officii sui pertinet. Eodem.
vid. *Oetter* l. c. II. 507.

1266. Hainricus Abbas et conventus in Caesarea Capitulo Augustensi donat jus integrum in ecclesiam Witteslengen, sibi ex donatione Ducis Karinthiae acquisitum, sicuti eam nunc tenet Dominus Ludovicus de Dillingen, Archidiaconus. Datum et actum Augustae VI. Idus (10.) Octobris.

1266. Prioris Provincialis Fratrum Ordinis S. Augustini per regnum Alamaniae confraternitas cum Capitulo Babenbergensi. Datum in Hervordia in Capitulo Provinciali.

1267. Dominus Wolfherus fratribus Domus Theutonicorum in Ellingen tradit jurisdictionem suam feodalem in bonis sitis in Smalwisen, de Eppelino quondam Praeposito dicto W. XVI. libris Hallensium sibi comparatis. Testes: Fr. Heinricus de Mezingen, Commendator; Bertoldus Minister de Wizzeburg. Acta VI. Non. (2.) Maii.

1268. Marquardus dictus de Bopfingen, Marschalcus quondam Regis Chunradi, Dominis domus Theutonicae in Ellingen tradit bona sua iu Wessingen, cum reservatione usus fructus ad dies vitae et IV. librarum ex curia Othmarsfeld; insuper sine reservatione curiam suam in Oberndorf, arcus suos ibidem cum nemore et arcus suos in Bopfingen et duas domos ibidem, sicuti ipse eas tenuit ab ecclesia Ellwangen. Sigillator: G. Comes de Hirzberch; Fr. Comes de Truhendingen; Fr. Vola, de Barnhusen, Provincialis; H. de Mezzingen Commendator in Ellingen. Act. III. Non. (3.) Junii.

Annus. 1268. Heinricus dictus Paumann Domui S. Mariae in Ellingen mortis caussa legat bona sua in Hirswinstetin, per uxorem suam, filiam Sweni de Hirzperch ad se devoluta. Act. et dat. XIV. Kal. Julii (18. Jun.). Cum sigillo Gebhardi Comitis de Hirzperch.

1268. Marquardus miles de Wilenbach fratribus S. Mariae Theutonicorum in Aichach donat praedium suum in Superiori Wilenbach. Testis: Fr. Berthramus Commendator. Sigillator: Ludovici Ducis Marschalcus Ulricus de Schiltperc. Acta Kal. (1. Julii).

1268. Heinricus Piscator, Civis Augustensis, Capitulo S. Mauritii in Augusta L. libris et II. solidis vendit curias duas in Niwesatze et in Stetbach, a Dominis Hermanno de Buchelun et Anshelmo de Waelow Capitulo Augustensi, ab hoc sibi titulo feudi censualis collatas. Testes: Sifridus Decanus Augustensis, Heinricus Pincerna Canonicus. Acta VI. Non. (2.) Octobris.

1268. Idem dicto Capitulo S. Mauritii vendit curiam unam in Niwesäzze, a Dominis Sifrido et Heinrico fratribus Marscalcis de Dornsperg Episcopo August. refutatam, ex tunc autem sibi titulo feudi censualis collatam. Eodem.

1268. Ulricus Morder, Civis in Rotenburch, Hospitali S. Johannis in Rotenburch legat portionem suam bonorum, ex futura cum uxore et liberis divisione, et praeterea IV. libras cerae de areis suis extra portam, versus Gebsede. Testis: Fr. Dietericus Commendator Domus Hospitalis.

1269. Frater Berngerus, Commendator Domus Teutonicae Ratisponensis, Berthae, uxori Domini Conradi dicti Muschop, civis Ratisponensis, ad dies vitae possidenda confert aream quandam in fine stratae Waflergazze, domum lapideam et alia aedificia; per praefatum Cunradum constructa et Domui Theutonicae donata. Act. Kal. (1) Martii.

1269. Advocatus et Consules civitatis Augustae pro emenda delicti contra Capitulum commissi, et Eberhardus Vicarius Chori pro remedio animae, dotant altare S. Gregorii, ex defectu reddituum desolatum, cum duobus mansis in Menchingen, de S Curiali Cervo XLVIII: libris denar. comparatis. Acta Non. (7.) Martii.

1269. Cunradus dictus Kozzelin ecclesiae S. Mariae in Ellingen XX. libris Hallensium vendit pratum suum, dictum Pruewise Testes: Hainricus Notarius de Wizenburc; Bertholdus Minister ibidem. Act. die S. Benedicti (21. Mart.) sub Fratre Heinrico de Mezingen Commendatore.

1269. Ex Leonis Ratisponensis Episcopi arbitrio compater eius, nobilis vir Wernhardus Comes de Lewenberch, novem hubas in Gumaringen in feudum conferat Marquardo Judici de Tispach, aut LXX. libras denariorum Ratispon. illi persolvat. Datum in Pilsting in festo b. Georii (23. Apr.).

1269. Heinrich Marschalke von Dunresberg als Vormund seiner Schwäeger Heinrich und Hildebrand der Marschalke von Bappenheim, mit Gehellung seines Herrn Grave Gebeharts von Hirzperc, verkauft zur Wiederlosung ihres Hauses in Bieberbach, wozu sie von ihrem Stiefrater von Muntefort

Annus. die Pfennige anders nicht erlangen mögen, dem Bruder Heinrich von Mezingen, Commendur von Ellingen, um XXXVI. Pfunt Heller unter andern auch ir Gute und Hovesache zu dem Phale, den sie von dem Graven v. Wertheim zu Lehen han. Diz geschah ze Bappenheim an der sechsten Kal. des Meigen (26 Apr.).

1269. Fridericus Abbas S. Emmerami Hermanno dicto Mannestorfer ad vitae tempus confert hubam quandam in Aufhusen, dictam Chunigshove. Dat. Ratisponae in die inventionis S. Crucis (3. Maii).

1269. Ex Heinrici quondam Praepositi in Rebdorf, et Ottonis de Lacu, Scolastici Onolspacensis arbitrio, Heinricus de Mezingen, Commendator in Ellingen, Conrado Theleonario, civi Wizinburgensi, ad vitae tempus conferat quosdem agros infra locum, qui dicitur Velwe. Testes: Bertholdus Minister in Wizenburch, Heinricus Notarius. Act. XI. Kal. Junii (22. Maii) Ind. XII.

1269. Volradus, Abbas in Walrebach Bertholdo dicto Ysoldo, nobilis viri H. de Lapide Praeposito, CXXV. libris denar. Ratisp vendit bona sua in Mekkenhausen, prout a fundatoribus, Lantgraviis de Steveningen monasterio sunt tradita. Testes: Sifridus Prior; Bertholdus quondam Abbas; Fr. Albertus de Voheburch monachi. Act. apud Lapidem in vigilia Jacobi Apostoli (24. Jul.).

1269. Leo Episcopus Ratisponensis Ulrico de Veltchirchen, Judici in Abach, et Hermanno de Manstorf militibus, oppignorat fructus decimarum novalium de vineis per totam parochiam Ahbach, pro complemento CC. librarum Ratisponensium deficientium adhuc, ad emendum Castrum Valkhenstein de Chunrado de Hohenvels, gravi debitorum onere obruto. Testes: Altmannus Praepositus; Alhardus Decanus; Bertholdus de Oberndorf Archidiaconus; Mag. Ulri. Thesaurarius; Ulricus de Dornperch Capellanus Episcopi; Chunradus Provisor ecclesiae in Ahbach; Heinricus de Owe Magister Civium. Dat. Ratisponae V. Kal. Septembris (28. Aug.).

1269. Hermannus Decanus S. Mauritii in Augusta, dictus Fundanus, Chunrado dicto Amatori, filio sororis suae, donat medietatem domus et areae iuxta domum lapideam Winchlarii, sub censu annuo ad S. Mauritii ecclesiam. Testes: S. Praepositus, H. Decanus. Datum et actum in die Nicomedis Martyris (15. Sept. 1. Jun.?).

1269. Fridericus Comes de Truhendingen, ad petitionem Sophiae quondam Advocatissae in Colbenberg, tradit omnes illius possessiones in villis Ehenheim, Gullichesheim et Phalheim ad Domum S. Johannis in Rotenburch. Testes: Albertus Advocatus de Sulhoven. Act. II. Idus (12.) Decembris. Ind. XII.

1269. Fr. Henricus de Mezzingen Commendator Domus Hospitalis Theutonicorum in Ellingen pro dissolvenda discordia inter Domum, Meinwardum de Stophenheim, Cunradum in Elligen, Albertum de Oberndorf, aliosque in villa Ellingen redditus aliquos habentes, propter viam iuxta dictum Hospitale ecclesiae suae addicens Espam id est Fronwisen, caeteris assignat pratum unum in Reispach et unum in Velwe.

Annus. 1270. Irmengardis, Relicta Rudolfi militis de Hohenveld, fratribus Hospitalis S. Mariae Domus Teutonicae in Wirzburg donat mansos quinque et dimidium in Egenhausen, (praef. Werneck) et duos in Gowenbach. Actum III. Kal. Februarii (30. Jan.).

1270. Hermannus Comes junior de Hennenberg fratribus domus S. Mariae in Münnerstat donat Godfridum dictum Stupheler. Datum in Munrichstat XII. Kal. Martii (20. Febr.).

1270. Pax inter Hartmannum Episcopum Augustanum et Heinricum Marchionem de Burgowe ex una et Ludwicum Ducem Bavariae ex altera parte, mediante Heinrico Duce sic conclusa: 1.) Utriusque partis fautores, cooperatores et adjutores sint ad plenam reconciliationem reformati; Episcopi scilicet: Capitulum, Ministeriales, Civitas Augusta, Rudolphus Gubernator Campidonensis, Bertholdus de Hohenekke, Bertholdus de Drouhpurch, Alb. de Welchenburch, Swikerus de Mindelberch, H. Camerarius de Wellenburch; Ludovici Ducis: Comites de Hirzperch, Truheding, Helfenstein et Sraispach, Albero de Prukperch, Bruno de Riseinspurch, Heinricus, Sifridus et Heinricus Marscalci, et Heinricus Dapifer de Donersperch, illi de Hegneberch, Wilderode, Turnekke, Hochstetten, Altheim, Weilheim, Wal, Lechsperg, Eselsburg, Chaltenburch, Ostheim; 2.) damna ecclesiis illata praedictae concordiae includantur; 3.) Episcopus non impediatur in Advocatia praediorum, a Chunrado Duce Sueviae in feodo obtenta; 4.) Cives August. non graventur ex depositione salis apud Friedberg; 5.) in vinculis detenti liberi sunto. Act. et datum apud Augustam, pridie Kal. Aprilis (31. Mart.).

1270. Hermannus Abbas in Altach Heinrico Duci Bavariae tradit curiam in Regen cum quibusdam curtibus, IV. beneficia in Chundorf, III. et dimidium in Greimprechtstorf, et recipit pro recompensatione praedictorum bonorum ecclesiae S. Johannis in Rinchna IV. curias in Soeliz, Metem, Schutzign et in altera parte fluminis Regen. Datum in Landawe Kal. (1.) Aprilis.

1270. Heinricus et Siboto fratres dicti Schongawer, cives Augustenses, Capitulo Augustensi vendunt bona sua in Graben, per Comitem Bertholdum de Marstetten dictum de Niffen sibi, et ab Episcopo Augustensi illi in feudum data et refutata. Dat. et actum Non. (7.) Maii.

1270. Iidem, cum Johanne, monasterio S. Catharinae in Augusta tradunt curiam quandam in Inningen et Episcopo pro redintegratione feudi offerunt domum et aream Manegoldi Fabri infra muros. Testes: Sifridus Decanus, Rudolphus Vicedominus. Dat. X. Kal. Januarii (23. Dec.) Ind. XIII.

1270. Bertha Kropfina de Vlugelingen fratribus Domus Theutonicorum in Ellingen, ut in piscibus et vino melius provideantur, mortis causa legat curiam et duos hortos in villa Grestorf.

1270. circiter. Perwinus quidam Canonicis Veteris Capellae, Parocho S. Cassiani et Hospitali citra pontem pro missis et precibus post mortem suam legat quandam summam ex cellario suo apud domum Domini Lautwini, dicti Uel.

Annus. 1271. Heinricus et Hiltebrandus, Imperialis Aulae Marscalci de Bappenheim, confirmant venditionem praedii Kozzelinesperch, mansi apud Rithawe, areae, agelli ibidem, horti et prati apud Gerach, a Cunrado milite de Ellingen, dicto Kozzelin, fratribus domus Theutonicorum ibidem factam. Acta die Agathae (5. Febr.).

1271. Hermannus miles dictus Hoschelin, consensu Domini sui, Gotfridi Strumae de Flägelingen, iisdem fratribus vendit X. libris Hallens. quartam partem curiae suae in Gerbretesdorf. Testes: Cunradus dictus Kroph de Flugelingen, Gotfridus frater suus; Wolterus Kroph de Ehmodesheim. Acta in crastino Gregorii Papae (13 Mart.).

1271. Coram L. Episcopo Ratisponensi Agnes Priorissa S. Crucis Ratisponae Hermanno militi dicto de Manestorf CXVI. libris denar. Ratisp. vendit curiam quandam in Teingen et unam in Campo Ratispon. Actum Ratisponae in Summo XV. Kal. Aprilis (18. Mart.).

1271. Hermannus Comes de Castell commutat cum fratribus monasterii Ebracensis vinetum suum in Rotelsee in loco Swaneboum cum vineto in Blozenbuhel. Acta X. Kal. Maii (22. April.).

1271. Heinricus, Siboto et Johannes, dicti Schongawarii, Cives Augustenses, pro curia quadam in Inningen, monasterio S. Catharinae in Augusta vendita, Episcopo in feudo offerunt aliam ibidem, Hudelaeres dictam. Acta pridie Kal. Maii (30. April.). Ind. XIV.

1271. Fridericus de Hohenburg, gener Rudolphi nobilis de Hurenheim senioris, Domui fratrum Theutonicorum in Escheubach donat bona in Auwelin iuxta flumen Altmühl, ab Heinrico Milite dicto de Susenhoven sibi refutata.

1272. Albertus de Vilibach Ottoni, Abbati in Vultenbach, pro recompensatione damnorum ab ipso et patre suo coenobio irrogatorum, assignat illi curias suas in villa Vilibach; Testis: Domina de Buch, soror Alberti. Acta VI. Kal. Februarii (27 Jan.).

1272. Cunradus Cerdo, dictus Longus, in Augusta, acceptis V. libris de Bertholdo Decano S. Mauritii unam Wagam Sepi boni annuatim praestare promittit. Testis: Albertus Plebanus. Actum Augustae sabato ante Sexagesimam (27. Febr.).

1272. Wipoto dictus de Husen ad consolationem fratrum domus Theutonicorum in Ellingen, tempore jejunii ante nativitatem Domini per pisces, deputat curiam suam apud Phale. Sigillum Wipotonis inscriptum: S. Wigpotonis de Porta. Act. II. Non. (6.) Marcii.

1272. Heinricus et Hilteprandus, Imperialis Aulae Marscalci, consentiunt, quod fidelis eorum Cunradus de Ellingen fratribus Domus Teutonicorum ibidem, tradat quosdam agros. Cum sigillo nobilis Viri Rudolphi de Hurenheim, tutoris eorum. Acta die S. Benedicti Abbatis (21. Mart.).

Annus. 1272. Ipsae literae venditionis Cunradi militis dicti de Ellingen libris Hall. XIV. Act. die Ambrosii Ep. (4. Apr.).

1272. Idem dictis fratribus vendit XI. libris Hallensium Eodem.

1272. Frater Henricus de Vristruberg, humilis Praeceptor per Allemanniam, ab Ottone Pistore in Rodenburg emit praedia quaedam in Thetwanc et Erlebach et domum in Rodenburg. Dat. mense Junio.

1272. Hildeprandi Eistettensis Episcopi consensu fratres Theutonici in Ellingen commutant cum Heinrico milite de Elolfeshaim decimas quasdam suas in Gundersperch pro agro apud Stophenhaim. Datum apud Oettingen proxima feria V. ante festum b. Jacobi Apostoli (21. Jul.).

1272. Heinrico Comiti seniori de Hennenberg sororius ipsius, Nobilis Dominus Cunradus dictus de Wiltberg, mortis causa legat dimidium Castri in Wiltberg, quatenus ex bonis illius disponat ad pios usus. Dat. pridie Kal. Augusti (31 Jul.).

1272. Albrecht von Vilibach verzichtet zu Gunsten des Klosters Fultenbach, der Aigenschaft, Vogtey und aller Recht an den Gutten zu Vilibach und an den Selden. Geben do man zahlt: Zehnhundert Jahr und Zwaihundert Jahr und LXXII. Jar, nach S. Bartholomäus Tag (25. Aug.).

1272. Jeuta dicta de Lauf, Priosissa sanctimonialium in Urach, Ordinis S. Augustini, Herbipolensis dioecesis, vendit Fratri Ulrico, Commendatori Theutonicorum in Norinberg, omnia bona sua in Buch apud Rospawer. Testes: Fr. Ulricus Commendator dictus de Ulma; Cunradus Officialis Domus Teut. Dat. in die S. Silvestri (31. Dec.).

1272. Elizabet dicta de Husen, uxor Domini Wipotonis de Porta, tradit pro remedio delictorum suorum ad ecclesiam S. Mariae Domus Teutonicorum in Ellingen curiam apud Ungelstat.

1272. F. Praepositus et conventus Sanctimonialium S. Crucis in Husen G. cognomento Liben et heredibus suis elocant bona sua in Winkel (praef. Kissingen) pro III. solidis den. annuatim agno paschali et duobus pullis in festo S. Martini.

1272. Marquardus Camerarius de Bofphingen tradit Domui Theutonicorum in Ellingen bona sua in Oberndorfe et XXX. jugera agri in Vzzelingen. Acta in Nordelingen IV. Kal. Februarii (29. Jan.).

1272. Fridericus de Giselsheim sub sigillo Domini sui Friderici Comitis de Truhendingen vendit fratribus Domus Theutonicorum in Eschenbach bona sua in Ruter et in Surheim cum duplici silva, pro XXXVI. libris Hallens. et aliis bonis in Phlunvelt et Auwelin. Testis: Fr. Albertus Plebanus de Eschenbach. Actum III. Kal Februarii (30. Jan.).

1273. Hartmanni Augustensis Epscopi autoritate Ulricus Vicedominus donat Priorissae apud S. Margaretham Augustae ecclesiam S. Altonis Confessoris in Litun, duasque curias, unam apud dictum ecclesiam, alteram vulgariter nuncupatam ze dem Stadele, sitam apud Moenechingen. Act. et dat. Augustae Kal. (1.) Marcii.

Annus. 1273. Pax Capituli Augustensis cum Ludovico Comite de Oattingen, ex qua Comes jus Advocaticium in villa Lebezingen, ab antiquo sibi competens, debeat recipere, sed Capitulum ipsum in possessionibus suis nullatenus molestet, sub poena C. librarum. Testes: Tietericus Plebanus in Lebezingen; vir nobilis de Hagelon; Gerungus Pincerna de Lapide, Rudolphus de Kalentin. Datum et actum apud Khirchaim VI. Id (10.) Martii.

1273. Hartmanni Augustensis Episcopi indulgentiae pro fratribus Minorum in Babenberg, in procuranda conservatione ecclesiae suae laborantibus. Datum Augustae XVIII. Kal. Maii (14. April).

1273. Bruno de Imeludorf miles, frater Heinrici et Cunradi de Laufenholz, donat monasterio sororum in Engeltal curiam in Teufenbach, cum turre et pomerio aliisque omnibus pertinentiis, excepto uno agro, in quo quondam fuit vinea et qui adhuc vinea nuncupatur. Acta XII. Kal. Maii (20. Apr.).

1273. Bertholdus dictus Ruchen de Chufringen Gertrudae Abbatissae S. Catharinae in Augusta reddit mansum dimidium apud Eringen, a monasterio XVIII. libris comparatum, illumque sub censu annuo recipit. Testes: Dominus de Schonegge Senior, Ordinis Theotunicorum; Wernhardus Praepositus de Winkeln. Actum VIII. Id. (6.) Junii.

1273. Ulricus Comes de Helfenstain Dominabus monasterii S. Catharinae in Augusta tradit bona in Rumoldesriet, ab Henrico dicto Fraz sibi refutata, pro quibus in recompensationem feudi oblatas recipit duas curias apud Hengeltun. Testis: Rudolfus Comes Palatinus. Acta in domo Ulmerii apud Giselingen VII. Kal. Augusti (26. Jul.).

1273. Conradi Ellwacensis Abbatis consensus pro Marquardo Camerario de Bopfingen, ob venditam domum et aream in Oberendorf, a se procedentes in feudo. Act. V. Id. (11.) Octobris in Claustro Elwangen.

1273. Coram Gebhardo Comite de Hirzperch Heinricus miles de Hofstetten, Pincerna suus, fratribus Theotunicorum dicat curiam in Keuzingen, ab Heinrico de Maezzingen, Provinciali Franconiae, emtam. Testes: Gebhardus, filius Gebhardi Comitis, Luitoldus Pincerna de Flugelsperch, Gebhardus Pincerna de Oede. Dat. III. Id. (11.) Decembris.

1273. Coram Heinrico et Hilteprando, Imperialis Aulae Marscalcis de Bappenheim, miles eorum, Cunradus dictus Kotzlin, Domui Theutonicorum in Ellingen vendit VIII. jugera in loco ze der Widen. Datum in die S. Wunibaldi (18. Dec.).

1273. Ludewicus, Comes de Oettingen, assensu filiorum Ludewici et Cunradi, confirmat donationem duarum curiarum in Trenneln, a Domina Lingarde de Hoppingen factam ecclesiae Caesariensi, ad locum sepulturae sibi electae. Testes: Cunradus Senior Dapifer de Limpurch; Gerungus Pincerna de Stein.

Annus. 1274. Heinricus de Stolzenrode de consilio patruelium suorum, Cunradi de Stetebach et Cunradi de Liebenawe, vendit Ulrico Abbati S. Michaelis in Babenberg advocatiam curiae in Eigen (Eigenhof prope Bettstadt praef. Bamb.) et bonorum adjacentium. Datum et actum Stetebach, proxima V. feria ante Palmas (22. Mart.).

1274. Elisabetha Stromayrina vendit Friderico Pistori aream quandam, cum consensu Malachiae Abbatis S. Egidii Norimbergae, cui pro anniversario fundato VI. denarii annuatim debentur. Actum in vigilia S. Jacobi Apostoli (24. Jul.).

1274. Cunradus miles dictus de Steinelbach in fratres Domus Theutunicorum in Nurenberch transfert curiam in Steinelbach, cum omnibus attinentiis et proventibus ex licentia colligendi mellis in nemore dicto Awe. Testes: Cunradus Puttiglarius dictus de Kurenburch miles, Marquardus Phunzinc, Scultetus in Nurenberc. Dat. II. Non. (6.) Octobris.

1274. Otakari Boëmorum Regis liberi transitus facultas pro Cella seu coenobio in Rinchna, in omnibus Mutis suis seu theloneis, videlicet in Stein, Ips, Enzarstorf, Mauthausen, Linz. — Pridie Idus (14. Octobris).

1274. Wittegonis Misnensis Episcopi indulgentiae pro ecclesia domus Teutonicae Norimbergae. Datum Nurenberg VII. Kal. Decembris (25. Nov.).

1274. Rudolfi Romanorum Regis Protectorium pro monasterio Engeltal. Datum Nurnberg V. Kal. Decembris (27. Nov.) Ind. III. Regni anno II.

1274. Hartmannus Augustensis Episcopus monasterio in Wihenberc confert decimas, fratribus Cunrado et Alberto de Buch prius debitas. Dat. Augustae Id. (13.) Decembris.

1274. Heinrici Tridentini Episcopi indulgentiae pro Hospitale fratrum Teutonicorum Norimbergae, per infirmorum multitudinem gravato. Dat. Nurenberc.

1275. Ludewicus Comes junior de Oettingen fratribus Domus Theutonicae civitatis de Oettingen vendit de proprietatibus suis in villa Moetingen bona inculta ab Wagener et Stahelina, molendinum da dem Saeume, bona impignorata militi Vende, bona dicta Badelehen et aream quandam. Testis: Gerungus Pincerna de Lapide. Dat. in Offingen XIV. die Marcii — Sub eodem constituuntur Fidejussores.

1275. Heinricus et Hilteprandus Imperialis Aulae Marscalci de Bappenheim confirmant venditionem quatuor arearum et quorundam agrorum in villa Ellingen, per fidelem suum Conradum de Ellingen, dictum Kotzelin, Domui Theutonicorum factam, consentiente nobili viro Domino Rudolfo de Hurnheim Tutore. Act. die inventionis S. Crucis (3. Maii).

1275. Iidem dictae Domui conferunt pratum situm apud Truhmodesheim, ab Ulrico Stozzer refutatum. Eodem.

Annus. 1275. Coram H. Ratisponensi Episcopo Heinricus de Luē, Judex quondam in Parchstein, donat fratribus S. Catharinae in Ratispona curiam quandam in Hofleyn, duas in Molansreut, domum et agros in Luē et XL. libras numeratae pecuniae pro stipulata sibi honesta inhabitatione et sui fratris, matris Geisel et uxoris Wantel anniversario. Dat. Ratisponae pridie Non. (4.) Junii.

1275. Fr. Ulricus Commendator in Ellingen dictus de Hausen vendit Walthero dicto Samner de Teilenhoven metretas quasdam siliginis et avenae ex feodo, Swirzzeburgeres nuncupato, juxta parvam ecclesiam in Ellingen. Act. XVI. Kal. Julii (16. Jun.).

1275. Cunradus junior Comes de Oetingen cum assensu uxoris Agnetis de Wirtinberc fratribus Domus Theotonicae in Eschenbach CLV. libris Hallensium vendit villam suam Biberbach, conjugi in dotem adscriptam. Testes: Ludewicus Advocatus de Herrieden, Conradus Officialis de Heuberg, Fr. Albertus Plebanus in Eschenbach, Fr. Ulricus Commendator. Datum Eschenbach in festo Gervasii et Protasii (19. Jun.).

1275. Graf Ludwig von Spizenberg mit Willen seines Sohnes Eberhards verkauft an Frau Adelheid, Wittwe Heinrichs v. Riesenspiurc, und ihren Sohn Rudolf, sein freyes Eigenthum zu Rumelingen, mit Meyerhof, Dorfrecht, Vogtey, Kirchensatz, Mannlehen und eigenen Leuten. Zeugen: Herr Ulrich v. Waspere, Herr Marquard v. Vlochberg, Herr Rudolf und Cunrad v. Hurnheim, Herr Conrad v. Lierham. An S. Albans Tage (21. Jun.).

1275. Philippus Dux Karinthiae Rudolpho Notario suo et Irmengardi uxori titulo feodali confert curias suas in Pinzwanch, per obitum Vlrici de Waldau sibi vacantes. Testis: Ludwicus de Dilingen Archidiaconus August. Act. et dat. Lucernae Kal. (1.) Julii, Ind. III.

1275. Heinricus Senior de Lapide resignat Ulrico Commendatori dicto de Hausen in Ellingen bona sua in Hegeberc iuxta villam Erlbach Inferiorem, pro recepta curia in Wimersheim. Acta die Augustini Ep. (28. Aug.).

1275. Friedrich von Sigenhoven verleiht dem Orden des deutschen Hauses, dieweil sein Vater, Bruder Heinrich v. Sigenhoven lebt, zur bessern Pfleg alle Jahr Ein Pfunt Gelds aus dem Zolle zu Regensburg und Ein Pfund aus dem Spital. Geschehen an S. Nicolaus Abent (5. Dec.).

1276. Sifridus senior Dapifer de Donersperk cum Hartmanno filio vendit avunculo suo Sifrido de Algirshusen, Archidiacono Augustensi, curiam dictam villicalem in Aitolvingen. Testis: Hiltebrandus de Voheburch dictus Diezer. Dat. et actum Augustae XIV. Kal. Februarii (19 Jan.).

1276. Cunradus de Ellingen dictus Kozzelin fratribus Domus Teutonicorum CLXXXIX. libris Hallensium vendit omnia bona sua in villa Ellingen et agros Kezzelinesperch. Act. die purificationis B. V. (2. Febr.).

Annus. 1276. Heinricus et Hilteprandus, Imperialis Aulae Marscalci, fidelis sui, Cunradi militis de Ellingen factam hanc donationem confirmant; sub sigillo nobilis Viri Rudolfi de Kazzenstein inscripto: S. Rudolfi de Hurnheim; Eodem.

1276. Henrici Basiliensis Epicopi indulgentiae pro Hospitale Domus Teutonicae Norimbergae. Actum apud Nurenberc feria sexta post purificationem B. V. (7 Febr.).

1276. Sifridus dictus Giffernee vendit Walthero dicto Schello praedium suum in Rudolfshoven. Acta in die S. Gertrudis (17. Mart.). Sub consensu Gotfridi de Hohenloch, dato mense Januario.

1276. Hartmannus Augustensis Episcopus Sifrido de Algishausen Archidiacono confert curiam in Bobingen, a Sibotone Schongawer venditam. Testes: Ludewicus Praepositus; Sifridus Decanus; Cuno Plebanus. Actum et datum VII. Kal. Septembris (26. Aug.).

1276. Bertholdi Babenbergensis Episcopi Capitulo data securitas, molendinum constructum extra muros civitatis Babenbergensis, molendino Civitatis damnosum, finaliter aliquando destructum non restaurandi. Datum Babenberch XIII. Kal. Octobris (19. Sept.).

1276. Heinrich der Butzener von dem Stein vermacht den Brüdern des teutschen Hauses zu Ellingen für ein junges Ross, im Werth von XXIV Pfunt, dereinst all seine fahrende Habe. Daz ist geschehen datz Ellingen in den Vriethof an Sant Michelz Abent (28. Sept.).

1277. S. senior et H. junior de Mindilberch Dominabus monasterii S. Catharinae in Augusta donant mansum quendam dimidium in Puch. Testis: Marquardus Minister Civitatis in Mindelheim. Acta II. Kal. Marcii (28. Febr.).

1277. Waltheri Episcopi Bisugensis? indulgentiae pro Hospitale S. Elizabeth Norimbergae. Datum in Nurenberch Idus (15) Marcii.

1277. Emichonis Frisingensis Episcopi indulgentiae pro parochialem ecclesiam S. Mariae in Kazwangen, Eistettensis Dioecesis, visitantibus aut ad ecclesiae et *pontis* fabricam, contribuentibus. Datum Eystet III. Kal. Aprilis (29. Mart.).

1277. Dietherícus, Heinricus et Ludigerus fratres, dicti Schwinge, vendunt fratribus Domus S. Mariae Teutonicorum in Munrichstadt XII. jugera silvae inter Volckshusen et Baldungshusen, quae Cunradus Comes de Wiltberg domui adpropriat. Datum et actum XVI. Kal. Maii (16. Apr.).

1277. Liupoldus Curialis Cervus, Civis Augustensis, Wolfhardo de Rot, Canonico Augustensi et Cunrado fratrueli ejus, refutat curiam in Vsterspach, iuxta curiam villicalem ibidem, quae vulgo vocatur Keiserhof. Testis: Bertholdus Abbas de Elchingen. Dat. Augustae XII. Kal. Maii (20. Apr.).

Annus. 1277. Vor den Grafen Gerhart und Gebhart von Hirzperch erkauft Heinrich der Schenck von Hofstetten von dem teutschen Haus zu Ellingen die Müle zu Wolppershoven als Leibgeding. Daz ist geschehen an S. Urbans Tage (25. Mai) mit Graf Gerharts Siegel, „wan ich Graf Gebhart selb chein Ingesiegel noch han" (Reversbrief Heinrichs des Scheuken. Zeuge: Herr Friedrich der Truchsezze v. Sulzbach. Geschehn 1278.).

1277. Chunradus Frisingensis Episcopus Friderico Burchgravio de Nurenberch confert universa feoda, per mortem Marquardi Prinhauen vacantia. Dat. aput Waidhoven VIII. Idus (6.) Junii.

1277. Fridericus de Gingen, Ordinis fratrum Theutonicorum, Commendator Domus Ulmacensis, Chunrado de Hagnibach XXVI. libris denar. August. vendit curiam in Usterspach. Scriptum Augustae V. Kal. Augusti (28. Jul.).

1277. Heinricus Praepositus Babenbergensis conciliat Altmannum Praepositum Ratisponensem cum Irmingarde, Relicta Gozwini militis Ratisponensis, de curia sua in Pheringe, ad Praepositi Officium pertinente, multis ab annis debitos census remorante. Testis: Heinricus Vicedominus dictus de Rotenegge. Acta in vigilia assumtionis V. M. (14. Aug.).

1277. Rudolfi Romanorum Regis facultas pro monasterio Rinichna deducendi ubique per Austriam ad quatuor vel quinque carratas vini ex propriis suis culturis vel decimis. Datum Wienae VI. Kal. Novembris (27. Oct.) Ind VI. anno Regni V.

1277. Ulricus Comes de Helfenstein ad aram B. V. M. in Augusta CCCC libris Hallensium vendit bona sua in Oberndilingen, redditus Hennengülte, jus patronatus et Advocatiae ecclesiae ibidem, de consensu Ulrici filii et Adelhaidis nurus suae, filiae Bertholdi Comitis de Graifesbach, cui bona ista, ad donationem propter nuptias vulgariter Morgengabe spectantia, retributa sunt per possessiones in Trubenhoven et Zöschingen. Testes: Hartmannus August. Ep. H. Marchio de Burgowe senior; Bertholdus Comes de Graifespach; L. summus Praepositus, frater venditoris; Trutwinus Abbas Caesariensis; Magister H. de Läutersheim Archidiaconus Eistettensis. Dat. et act. Augustae pridie Kal. Januarii (31. Dec.).

1278. Sifridus Praepositus, Bertholdus Decanus totumque Capitulum S. Mauritii in Augusta Heideburgae Relictae Domini Reimbotonis, civis Augustensis, liberisque jure censuali conferunt agros mediae hubae, sitos inter agros villae Geggingen. Acta VII. Idus (7.) Aprilis.

1278. Heinricus junior de Mindelberch donat Conventui S. Crucis extra muros Augustenses pro satisfactione quadam duas curias in Grimhartesriet, cum omnibus curiis attinentibus in Bosco et Plano. Cum sigillo Suigerl de Mindelbergh. Dat. Mindelbergh IX. Kal. Junii (24. Maii).

1278. Irmengardis dicta Ungelfugen de Geylnhaussen de monasterio in Seligenstadt comparat bona in Geisselbach (praef. Alzenau) pro XI. marcis Coloniensibus. Datum in die Urbani Papae (25. Maii).

Annus.

1278. Fr. Ulricus dictus de Hausen, Commendator Domus Theutonicorum in Ellingen, de consensu Fr. Heinrici dicti de Mezzingen, Provincialis, Gotfrido Canonico Spaltensi LVII. libris Hallensium vendit curiam in Etenstat, suam quondam et Domui suae donatam. Act. VI. Kal. Julii (26. Jun.).

1278. Heinricus Clericus, dictus Schroetelo, Judex curiae Augustensis, conventui S. Katherinae in Augusta XII. libris Augustensium vendit curiam suam in Tierdorf et areas ibidem. Testis: Fr. Rudolfus de Huernhaim Prior ord. Praed. in Augusta. Datum et actum Nonas (7.) Octobris.

1278. Hartmannus Augustensis Episcopus ecclesiam in Oberdiligen donat ad usum praebendarum Capituli.

1279. Bertholdus Herbipolensis Episcopus Hospitali S. Johannis Iherosolimitani in Rotenburg appropriat silvam sitam super villam Steinachen, ad centum agros aestimatam et ab Hertnido Cive in Rotenburg venditam. Testes: Mangoldus de Niwenburg, majoris ecclesiae Praepositus; Heinricus de Sterenberg Novi Monasterii Praepositus; Heinricus de Wechmar Archidiaconus; Fr. Conradus Commendator Domus Hospitalis in Wirzeburg; Fr. Hartmannus Commendator in Rotenburg; Heinricus Wolfolt Camerarius; Hermannus Stange Advocatus in Geroldeshofen; Albertus Advocatus in Clingenberg. Act. Herbipoli VIII. Kal. Junii (25. Maii) Ind. VII. Pontif. anno V.

1279. Ulricus et Arnoldus fratres, Camerarii de Wellenburch, Priorissae S. Catharinae in Augusta XXV. libris Augustensium vendunt curiam suam in Berge, assentiente Hartmanno Episcopo. Dat. Augustae Nonas (5) Junii.

1279. Luetolfus de Berlstet ecclesiae Langheimensi pro satisfactione damnorum, in villis Heinrichsdorf et Wolframsdorf illatorum, confert villam suam Luthenbach (Ludwach, pr. Schesliz) restituitque mansum usurpatum in Linth, a Kunemundo de Sonneberg monasterio dicatum. Testes: Bertholdus Plebanus de Rothen; Hermannus Scultetus de Nova Civitate. Dat. in vigilia S. Johannis Bapt. (23. Jun.).

1279. Juta Relicta Alberti militis de Guberstat fratribus S. Mariae Teutonicorum in Münnerstadt donat proventus duorum mansorum, nuper ab illa pro XXIV. libris Hallensium conquisitorum. Testis: Ludewicus Abbas quondam in Bilhiltishusen. Actum in vigilia Apostolorum Petri et Pauli (28. Jun.).

1279. Heinricus et Grimoldus fratres in Sevelt Episcopo Augustensi, ut adpropriet monasterio S. Catharinae curiam quandam in Bobingen, de Luipoldo cive Augustensi emtam, pro redintegratione feudi offerunt unam hubam in Ehingen. Testis: Heinricus de Nidelingen Decanus. Datum in die S. Sixti Martyris (6. Aug.).

1279. Pataviensis ecclesiae Capitulum fratribus Domus Teutonicorum XXXVII. libris Ratisponensium vendit praedium in Aufhousen et in Trahtleibinge. Actum et datum XIV. Kal. Septembris (19. Aug.).

Annus. 1279. Bertholdus Herbipolensis Episcopus ad fratrum Teutonicorum in Münrichstadt instantiam Eremitarum S. Augustini ibidem privilegia limitat; in die undecim millium Virginum (21. Oct.).

1279. Coram Heinrico Ratisponensi Episcopo Heinricus de Sigenhoven, affinis suus, quum uxor ejusdem Agnes de Sigenhoven sese religioni monasterii in Pubenhoven, Cisterciensis Ordinis addixisset, ad meliorationem praebendae ejusdem assignat curiam suam in Erlingen, post excessum Dominae Agnetis ad Domum fratrum Teutonicorum reversuram. Dat. Ratisponae VIII. Kal. Novembris (25. Oct.).

1279. Bertholdus de Bobingen, molendinator de Indingen, et Cunradus de Gemphingen frater suus, in controversia contra Reinhardum Canonicum Augustensem super molendino Augustensis Capituli, ad arbitrium Wolfhardi de Roch, Canonici Augustensis, se submittentes, omni juri in dicto molendino renuntiant. Testis: B. Abbas de Elchingen; B. de Baldern Canonicus; Magister H. Officialis. Actum et datum XI. Kal. Januarii (22. Dec.).

1279. Urkunde Agnes der Sparrerin, Priorin von S Catharina zu Augspurg, daſs Herr Otto und Herr Chunrad von Werde aus des Hermans Hof zu Tierdorf III Pfunt Pfenninge Jahresgilt erkauft, um das Convent zu jeder Zeit mit Heringen zu versehen. Daz geschahe zu Werde in der Stat.

1280. Gerdrudis Abbatissa Dominarum S Mariae sanctique Theodori in Babenberch confert Cunrado Pistori dicto Schellin et Cunrado Carnifici vineam dictam Ryfenberger, sitam in Ochsenphurt. Acta in octava Agnetis (28. Jan.).

1280. Ulrich der Comendwr von Ellingen mit Gunst des Lant Comendwrs Br. Heinrichs v. Mezzingen verleiht dem Cunr. Coppen und seiner Hausfrauen auf beider Lebenszeit allen Zehenden daz Nidern Mauch, an den clainen Zehenden, der dem Pfarrer zuhoret. Daz geschah an S. Mathyestage (24. Febr.).

1280. Heinricus et Chunradus, fratres dicti de Freuderthoven, conventui S. Catharinae in Augusta XX. libris Augustensium vendunt bona sua in Bobingen; ad guarandiam, quae vulgo dicitur Gewerschaft, fidejussores offerentes Rudegerum de Elingen, Cunradum de Turheim, Manegoldum de Richershofen et Ulricum Mulich. Dat. Augustae in die b. Gregorii Papae (12. Mart.).

1280. Urkunde Heinrichs v. Sigenhoven, daſs er zu Aufbringung der Kosten von dreihundert dreiſsig Pfund Regensburger Pfenninge um in den Orden des teutschen Hauses zu treten, statt seine vielen Güter, nemlich ein Haus zu Regensburg, ein Pfund Geldes aus dem Zoll daselbst, seine Weingärten, die Höfe zu See, Niwenkirchen, Chraten, Siegenhoven, Chrumppach, Leiptowe, zum Schaden seiner Kinder zu verkaufen, es gerathener gefunden, diese Summe zu verzinsen, nach deren Ablösung sie seine Tochter Elsbeth so lange besitzen soll, bis sein Sohn Friedrich sie mit hundert funfzig Pfund abgelöst. Zeugen: Gotfrid der Comendure zu Regenspurch; Bruder Hermann der Comendure ze Gainchoven. Und ist geschehn an Sanct Benedicten Abende in der Vasten (20. Mart.).

Annus.
1280. Augustense Capitulum confert Heinrico Fabro de Mamminge jure censuali tria bona in Stadeln, ab Heinrico dicto Fraz ad aram B. V. M. donata. Dat. et actum XII. Kal. Maii (20. Apr.).

1280. Heinricus. Ludewicus et Johannes fratres dicti de Achingen Conventui Sororum prope fratres Minores in Augusta XVIII. libris Augustensium vendunt curiam quandam in Erlingen, ex parte monasterii ze dem Holze prope castrum Donnersberg jure censuali obtentam. Dat. et actum Augustae XVI. Kal. Junii (17. Maii).

1280. Krafto Nobilis de Hohinloch Ministeriali suo Cunrado Vulpi de Rotilse impertit facultatem, legandi quaedam de substantia bonorum suorum pauperibus sive Religiosis. Actum et datum IV. Kal. Junii (29. Maii).

1280. Johannis Lettoviensis Episcopi Ordinis Theutonicorum Indulgentiae pro ecclesia B. Jacobi et Hospitale S. Elisabethae in Nurenberch. Dat. Nurenberch Nonas (5.) Junii.

1280. Similiter Incelerii, Ordinis Heremitarum S. Augustini, Episcopi Buduensis. Ibid. in die S. Viti (15. Jun.).

1280. Abbatissa in Schonenvelt fratribus S. M. Domus Theutonicorum in Ellingen vendit praedium et possessiunculam in Vngelstal, a dicto der Lange de Rain pro animae suae remedio legatum. Acta in die Apostolorum Petri et Pauli (29. Jun.).

1280. Bertholdo Herbipolensi Episcopo annuente fratres Domus S. Mariae Teutonicorum in Munnerstat, ad quos spectat parochia ibidem, per interventum arbitrorum dissensiones suas cum fratribus S. Augustini, propter jura parochialia et ecclesiastica, componunt. Acta in octava S. Joh. Bapt. (1. Jul.).

1280. Coram eodem Comes Heinricus de Kastel et uxor sua Adelheidis, Episcopi matertera, renuntiant omni juri in bona Friderici Burggravii de Nurenberch, cum promisso non vendendi castra Kastel et Halleberch sine speciali licentia Burggravii, qui generum suum et filiam ultra filiae dotalitium sive donationem propter nuptias in quingentis libris providere et ipsis villam Yssensheimb pro sexcentis libris Hallensium redimere suscipit. Datum et actum Wachenrode III. Kal. Septembris (30. Aug.).

1280. Gotfridus de Haidekke donat Domui S. Mariae in Ellingen hominem proprium, Coponem de Erlenbach. Testes: Wolframus Advocatus de Dorenberc; Fr. Gerhardus de Hirzeberc. Dat. in Dorenberc Idus (13.) Septembris.

1280. Ludewicus Praepositus, Rudolfus Decanus totumque Capitulum maioris ecclesiae in Augusta conferunt Marquardo filio Domini Mainhardi Schrotarii, Civis Augustensis, titulo censuali curiam in Binzwangen, a Chunrado milite de Bucch ecclesiae donatam. Datum Augustae in vigilia omnium Sanctorum (31. Oct.).

Annus. 1280. Fridericus Comes de Truhending resignat fratribus S. Johannis in Rotenburch jus Advocatiae super silva quadam, ab Hertnido cive in Steinloch illis vendita. Testes: Liupoldus Magister Coquinae de Nortenberch; Ulricus Advocatus dictus Sturmer. Act. feria V. ante Andreae (22. Nov.).

1280. Heinrich von Gotes Genaden des Riches Marschalch von Pappenheim giebt um seiner Sel willen den Brudern dés tutschen Huses ze Ellingen die Aigenschaft an dem Gute ze Ellingen, dez Cunrat der Heittunch von ihm zu Lehen hat.

1280. Gotfridus Dominus dictus de Speckevelt, consensu filii sui Gotfredi, vendit fratribus Domus Hospitalis S. Johannis in Rotenburch omnia bona sua in Scheim, quae Fridericus miles dictus Muffelgeck pro parte obtenuit in feodo. Cum sigillo avunculorum suorum Gotfridi de Hohenlohe et Gotfridi de Speckevelt.

1280. circiter. Chunrat der Suze und Jordan von Vihofen geben den Herren von dem deutschen Haus ze Regensburc den Weingarten bei der Strazen hin gen Kerrin. Geziuch: Br. C. v. Pondorf; Br. F. von Viuchtwanc; Br. H. von Sigenhoven; Br Peter der Awer.

1280. circiter. B Ulrich von Schauenstein, Lantkommenthuer ze Franken, empfängt von Frauen Chunegunt, Bruder Liebharts Swester, ze rechtem Eigen für das theutsche Haus Sand Gilgen ze Regenspurch ein Hof ze Ruzenbach, der etrwenne H. Friedrichs der Ochsingers was. Gezeuch: der Comenthur Bruder Gotfrit von Stauph; Bruder Heinrich der Sigenhover; Br. Peter der Awer.

1281. L. Praepositus, R. Decanus totumque majoris ecclesiae Capitulum in Augusta conferunt Ulrico, filio Villici dicti Brunnich, pro censu annuo praedium Erlyngen, medium videlicet mansum, a Cunrado milite dicto de Buch ipsis donatum. Testis: Cunr. de Turheim. Act. VI. Kal. Februarii (27. Jan.).

1281. Coram Hartmanno Augustensi Episcopo Heinricus dictus Kastener de Swabegge renuntiat litigiosis huc usque decimis ex curia in parochia Menchingen, vulgo ze dem Stadel nuncupata, in favorem monasterii S Margarethae in Augusta. Dat. pridie Non. (4) Februarii.

1281. Bertholdus Babenbergensis Episcopus appropriat conventui S. Theodori in Babenberch tres mansos in Krumme, a Chunrado de Lapide sororibus venditos. Testis: Chunradus Decanus S. Stephani. Dat. Babenberch in die B. Valentini (14. Febr.).

1281. Berchtold von Mässingen, ob Er an eleich Erben stürbe, giebt den Brudern des täutschen Hauses das Dorffgericht zu Mäzzingen, sein arm Leut und alles sein Aygen daselben. Taydinger: Bruder Märklilein „mein Bruder." Daz ist geschehen da zu Mässingen auf dem Perfried ob den Tore, an S. Walburgy Tag (1. Mai).

1281. Fr. Heinricus de Roetelchoven, Magister Hospitalis S. Katharinae in Pede Pontis Ratisponensis, Heinrico de Luge pro quadam summa Hospitali donata firmat pensionem annuam XII librarum ex proventibus curiarum Abschach et Hovelin, sic quidem ut Magister, Vicemagister, Granator, Cellerarius et Procurator Ordinis careant potu et carnibus, donec pensionem persolverint. Post obitum donatoris Magister distribuat in capite jejunii duo millia Allecium, vulgari voce Maizen, et in die anniversario unicuique sanorum et infirmorum panem pulchrum, unum potum vini Wawarici, mensurae dictae Poll, et duo fercula carnium. Act. V. Idus (11) Maii.

Annus. 1281. Albertus de Holzhusen, filius Cunradi de Holzhusen, dicti Sculteti, data sibi licentia Ordinem relinquendi renuntiat omnibus bonis, pro receptione sua Domui in Richgarterode illatis, accedente consensu matris Alheidis, fratris Heinrici, Decani de Steinach, Cunradi Sculteti etc. Ernst de Hohenloch Fidejussor. Gotfridus nobilis de Hohenloch Sigillator. Testes: Conradus dictus Leingruebe, Commendator quondam in Herbipoli; Heinr. de Laugingen, Commendator in Mergentheim; Heinricus de Seldenecke, Commendator in Rotenburc; Siboto, Commendator in Richarterode. Acta in die S. Viti (15. Jun.) in domo Hospitalis fratrum in Richgarterode, et dat. in Entse.

1281. Bertholdi Herbipolensis Episcopi indulgentiae pro ecclesia S. Jacobi Domus Theutonicorum Norimbergae et Capella Hospitalis S. Elisabethae ibidem. Dat. Nuremberg in crastino Margarethae Virginis (13. Jul.).

1281. Mathildis filia Heinrici cognominati Huntel monasterio S. Petri in Kastello in remedium animae suae donat praedium dictum Haiperch et V. libras Hallensium ad redimendam hubam de Wirentone in Lauterhof. Testes: Eberhardus Decanus in Uzenhof; Hainr. Plebanus in Phaffenhof; Kitellarius Plebanus in Lauterhof; Sifridus Advocatus.

1282. Wolframus Nobilis Advocatus de Dornberch confirmat donationem curiae in Guliechsheim, per Hermannum militem cognomine Templaer Hospitali B. Johannis in Rotenburch factam, eidemque de novo confert bona in Ukersheim, Ninsezze et Reikerstal, sibi refutata. Testis: Heinricus de Prukeberch; Albertus de Vestenberch; Gotf. de Sunderna. Dat. Onolspach IV. Non. (2.) Jan.

1282. Heinrich von Bappenheim Marschalch der chuniglichen Phalenz verleiht den Brudern daz Ellingen einen Hove daz Stadeln, den Herman von Elingen der jung als ein besunderliches Lehen von ihm besessen, wan er sin Leben wolde endern. Die Gabe ist geschehen auf der Brukke daz Babbenheim — an S. Blasien Tag (3. Febr.).

1282. Martinus Papa IV. ad Praepositum ecclesiae in Neuburg, ut bona monasterio Altahensi abstracta revocari curet. Datum apud Urbem Veterem XIII. Kal. Martii (17. Febr.) Pontif. anno I.

1282. Heinrich von Hattenberg verkauft dem Kloster S. Georgen die Vogtey über zwey Höfe zu Buch und einer halben Hube zu Wollamshusen. An dem dritten Tag vor Send Benedicten Tag (17. März).

1282 Reversales Ulrici de Maessenhusen, a Capitulo Augustensi in defensorem rerum et possessionum suarum in Tottenricht constituti. Actum Augustae in Gradibus, Ind. X vicesimo *septimo?* die Marcii, die videlicet annunciationis B M V. (25. Mart.).

1282. Georius et Heinricus fratres dicti de Swangowe Capitulo Augustensi vendunt decimas suas et bona in Grabun. Dat. et actum Augustae VII. Kal Julii (25 Jun.)

1282. Hartmannus Augustensis Episcopus Capitulo suo confert proprietatem decimae in Maerdingen. Dat. Augustae VIII. Idus (8.) Julii.

1282. Cunradus de Lierheim Cunrado Burggravio de Nurenberch pro bonis in Iggelheim, venditis a patruis suis Vlrico et Hermanno de Hurnheim, dictis de Katzenstein, se praestat fidejussorem. Dat. in Lierheim in die Mariae Magdalenae (22. Jul.).

Annus. 1282. Ex arbitrio Wolfhardi de Rot, Sifridi de Algishusen et Rudolfi de Berolstat, Canonicorum Augustensium, in controversiis Capituli cum Hiltprando Marscalco de Bapenheim exortis, Capitulum in jure instituendi et destituendi villicum in Ahheim apud Zusmam manuteneatur, Marscalcus juri advocatiae in Aukirch et Erlinge renuntiet, molendinum in Biberbach radicitus amoveat, et super piscaria in Eggelnhoven cognitione viciniae, quae dicitur Kuntschaft, adhaereat. Dat. Augustae Kal. (1.) Augusti.

1282. Elisabetha Abbatissa de Bulenhoven ab Ulrico dicto Loter de Schawenstein acceptat pro infirmaria possessiones quasdam in Perfridsdorf. Dat. in festo omnium SS. (1. Nov.)

1282. Rudolphus Romanorum Rex jus advocaticium super curiis Conventus S. Katharinae in Augusta in villis Bobingen et Gabelunge renuit, accepta pro compensatione curia in Vohrach. Dat. Augustae IV. Kal. Jan (29. Dec.) Ind. XI. Regni Anno X.

1283. Heinricus Judmann, Ministerialis Domini Ludovici Ducis Bavariae, Trutwino Abbati de Caesarea obligat curiam suam in villa Gerlvingen, pro XX. libris Hallensium, monasterio debitis. Datum in vigilia B. Valentini (13. Febr.).

1283. Ludewicus Praepositus Augustensis rite informatus Capitulo resignat duas curias in Husen iuxta Hohenwart, a se impetitas. Dat. Augustae IV. Kal. Marcii (26. Febr.).

1283. Fr. Marquardus Commendator in Ellingen confert Cunrado dicto Relheu feudum dictum Haytungslehen, ex donatione Heinrici Marschalci de Rappenheim ad Domum Teutonicorum devolutum. Dat. X. Kal. Aprilis (23. Mart.).

1283. Adelheit, Heinrichs von Risenburg Wittwe und ir Sun verkauft den Brüdern des Teutschen Hauses daz Ellingen ir Aigen zu Rumelingen das sie von Herrn Graven Ludewige von Spicenberch gewunen (s 1275.) on allain die Hube ze Herkhaim, genannt die Herkamershub, die zum Kloster Teggingen gehört. Bürgen: Rudolf von dem Hohenhus; Egghart von Bolstatt; Sifrit der Amman von Nordelingen. Geziuch: Ruprecht von Lierheim. Siegler: der Abt von Kaisheim, Ulrich v. Kazenstein, Rudolf v. Hürnheim. Geschehn in dem Kirchhove S. Georich ze Nordelingen, an S. Georgentag (23. Apr.).

1283. Ulricus de Solzpurch, Imperialis Aulae Ministerialis, cum Irmengardi uxore fratribus Domus Theutonicorum in Nurenberg donat omnia bona sua in Woffenbach et in Menige, et sua nemora in Meingerberge et in Meingerawe sub ea lege, ut Commendator, si passagium manifestum erit, virum aliquem aut fratrem mittat ultra mare in remedium animarum suarum et Gotfridi de Solzburch, patris Ulrici; bona in Mulhusen autem Domus in Nurenberg et Conventus in Seligenporten communiter possideant. Dat. in die b. Marcii (25. Apr.).

1283. Heroldus dictus de Echhusen tradit se proprium B. V. M. Domus Teutonicorum in Munrichstadt. III. Idus (13.) Maii.

1283. Cunradus et Bertholdus fratres dicti Knurlin, habitum fratrum Teutonicorum S. Mariae in Münnerstadt assumentes, donant dictae Domui curiam suam in Münnerstadt prope aquam Lure, Hermanno Comite de Hennenberg confirmante. Datum in vigilia B. Laurentii Martyris (9. Aug.).

Annus. 1283. Marquardus Senior de Hemenatha comprobat donationem dimidiae curiae in Berge, a Sebastiano cive Augustensi monasterio S. Katharinae factam, et acceptat pro sua feudi recompensatione dimidiam curiam in Horgun. Sigillum Marquardi de Hemnat, Camerarii Ducis Sueviae. XV. Kal. Sept. (18. Aug.).

1283. Hilteprant von Bappenheim Marschalch der Khuniclichen Phalentz bestättiget den Brüdern von Ellingen so getan Gut, als sie von Heinrich seinem Bruder und allen der von Bappenheim Leuten haut gewunen. Daz ist geschehen bi Bruder Marquardes Citen von Mezzingen, Commendurn daz Ellingen, an dem Suntage ze nahest nach S. Michelstag (3. Oct.).

1283. Coram Heinrico Ratisponensi Episcopo fidelis suus Fridericus de Lichtenberg renuntiat liti, fratribus Domus Theutonicae S. Egidii in Ratispona motae, super curia in Pulenhoven, a matre Friderici vendita. Testes: Trutwinus Abbas Caesariensis; Ulricus Praepositus, Chunradus de Luppurch Decanus, Albertus Vicedominus et Archidiaconus; Ludwicus Decanus S. Johannis. Dat. Ratisponae III. Non. (3.) Novembris.

1283. Johannes der Schongower verkauft dem St. Katharina Kloster zu Augsburg seinen Hof zu Inningen samt Zehnten um sibenzech Pfund Augsburger Pfenninge. Daz geschah am Sande Nicolaus Tage. (6 Dec.).

1284. Ludwicus Praepositus, Rudolfus Decanus totumque Capitulum Augustense conferunt Dominabus de Stella jure censuali curiam quandam in Geggingen, ecclesiae Augustensi de consensu Hartmanni Episcopi per Ulricum et Arnoldum Kamerarios de Wellenburch donatam. Dat. et actum XIV. Kal. Februarii (19. Jan.).

1284. Reversales Sororum de Stella, de restituendo dictam curiam, pro XL. libris denariorum, in casu redemtionis, Camerariis de Wellenburch reservatae Eod.

1284. Heinricus Senior de Tanne, Imperialis Aulae Ministerialis, vendit Domui Ordinis fratrum Theutonicorum in Nurenberch octo bona in Hausheim et molendinum. Testis: Cunradus dictus de Ursensulen, Commendator; Ludwicus miles Officialis de Altdorf. Dat. in purificatione S. Mariae (2. Febr.).

1284. Heinricus de Hattenperge Sororibus de Stella LXIV. libris Augustensium vendit curiam in Bobingen, Lugoershof dictam, et dimidiam hubam, Erringershuben dictam, oppignorat. Dat. et act. VII. Idus (7.) Februarii

1284. Cunradus Nobilis de Thekke confirmat venditionem quorundam bonorum in villa Erenbrehteshoven, per Hartrat, militem de Baltoltesheim, proprium suum, fratribus Domus Hospitalis in Richgartrode factam. Dat. et actum III. Kal. Marcii (27. Febr.).

1284. Gottfridi Pataviensis Episcopi indulgentiae pro ecclesia S. Jacobi fratrum Theutonicorum extra muros Nurenbergenses et Capella Hospitalis S. Elisabethae ibidem. Dat. Nurenberg feria III. post octavas Penthecostes (6. Jun.).

Annus. 1284. Rudolphus Comes de Wertheim fratribus Hospitalis in Ellingen appropriat curiam suam in loco Phale, ab H. et H. Marschalcis de Bappenheim, qui ipsam tenebant in feodo, illis venditam. Dat. Mergentheim VII. Idus (1.) Augusti in die S. Donati.

1285. Hartmannus Augustensis Episcopus conventui S. Catharinae jure censuali confert curiam quandam in Inningen, quondam Studlarshoph dictam, a Johanne Schongawario cive Augustensi monasterio venditam, sibi vero per tres curias in Goezzershusen, quondam a Domino de Schoenegge comparatas, recompensatam. Dat. Augustae III. Kal. Februarii (30. Jan.).

1285. Heinrich der Schongauer, Burger von Augsburg, verkauft seinem Bruder Johann dem Schongauer seinen Hof zu Holtzhusen und die Holzmark um XXXV. Pfund. An unser Frawen Abende zer Lichtmesse (1. Febr.).

1285. Gotfridus Nobilis de Hohenloch cum uxore Elyzabet Fratri Sibotoni Commendatori Domus S. Johannis Hospitalis Jerosolimitani in Rode vendit decimam in Adelnhoven, sibi a Bertoldo Herbfpolensi Episcopo collatam, assignata pro evictione, si fratres possessionem non obtineant, vulgariter dictam Ursasse, curia sua in Scheckkenbach. Act. apud Entse in crastino b. Gregorii (13. Mart.).

1285. Sifridi Coloniensis Archiepiscopi Indulgentiae pro ecclesia S. Jacobi Domus Theutonicorum Norimbergae et Capella Hospitalis S. Elisabethae ibidem. Dat. apud Noremberg IV. Non. (2.) Aprilis.

1285. Literae patentes Commendatoris dictae Domus pro colligendis eleemosynis. Dat. ibidem in die b. Urbani (25. Mai.).

1285. Ecclesiae S. Mauritii in Augusta Statutum in confratres discordias suscitantes, utpote infra mensem ex urbe amovendos, et fructibus praebendae privandos. Acta IV. Kal. Julii (28. Jun.).

1285. Hiltebrandus, Heinricus et Ulricus dicti de Arsheim, cum Conrado germano dicto de Isenbrechteshoven, sororibus in Salmanshoven resignant pro sulutione debiti dimidium mansum in Baldechshoven. Testis: Dominus Ulricus de Turheim. Ydibus (15.) Augusti.

1285. Coram Craftone de Hohenloch Vasallus suus Hermannus dictus Lescho vendit fratribus S. Johannis Hospitalis Iherosolimitani bona quaedam in Heimersheim. Testis: Fr. Siboto Commendator in Rode. Dat. in Rodenburg feria II. infra assumptionem Virginis gloriosae (20. Aug.).

1285. El. S. Stephani Abbatissa bona in Bache ad sex annos confert Ulrico de Bache, tunc in Gkriezingen residenti. Dat. et act III. Kal. Octobris (29. Sept.).

1285. Gerdraut von Leweneck schenkt dem teutschen Hause zu Regensburg den Zehent von einem Weingarten zu Ort, genannt der Pfaffe. Daz ist geschehen an Sand Marteins Tag (11. Nov.).

1285. Fridericus de Sigenhoven donat viro religioso Ordinis Domus Theutonicorum, Heinrico de Sigenhoven, patri suo praedilecto, pratum in Puchbach, unam libram Ratisponensem ex theloneo Ratisponae, a Heinrico Duce in feudo obtentam, et pensionem L. scapharum avenae et siliginis ab Abbate in Ensdorf praestandam. Act. circa festum S. Nicolai, praesente Domino Duce in domo Alberti Vicedomini Ducis, apud capellam, quam fratres inhabitant Augustiniani.

Annus. 1286. Johannis .... rigen. Archiepiscopi indulgentiae pro ecclesia cathedrali Augustae. Dat. Romae pridie Non. (4.) Januarii.

1286. Similiter Rudolphi Salisburgensis Archiepiscopi. Dat. Augustae VIII. Kal. Februarii (25 Jan.).

1286. Similiter Philippi Salernitani Archiepiscopi etc. Dat. Romae XVI. Kal. Marcii (14. Febr.).

1286. Heinricus dictus Bulzner confert fratribus Theutonicorum in Ellingen curtem suam in Wahingen. Testes: Malachias Abbas S. Egidii in Nurenberch; Albertus Plebanus in Ellingen. Datum et actum in Nurenberch XIV. Kal. Marcii (16. Febr.).

1286. Wolfhardus Praepositus, Rudolfus Decanus, totumque Capitulum Augustense, Dominabus de Stella censuali jure conferunt curiam quandam in Geggingen, ab Ulrico Camerario de Wellenburch Capitulo oblatam. Dat. XIV. Kal. Aprilis (19. Mart.).

1286. Literae venditionis Ulrici Camerarii dictae curiae, sororibus pro L. libris et LXXX. denariis Augustensium factae. Testis: Sifridus de Althishusen Archidiaconus. Dat. et actum VII. Kal. Aprilis (26. Mart.). Confirmatio Episcopi. II. Kal. April. (31. Mart.).

1286. Venditioni villae Rieden, per nobilem Albertum de Niffen Comitem de Marstetten et Gotfridum fratrem suum, Canonicum Augustensem, Wolfardo Praeposito Augustensi factae, fidejussores adhibentur Heinricus, Nobilis de Münster, Eglolfus dictus Srage de Knöringen, Cunradus dictus Ebershusen et Ulricus dictus Wagelin. Dat. et actum XII. Kal. Maii (20. April.).

1286. Inzelerii Buduensis Episcopi indulgentiae pro Hospitali S Elisabethae Nurembergae. Dat. Nurenberch Dominica Quasimodogeniti (21. April.).

1286. Heinrich von Hattenperge verkauft den Klosterfrauen von dem Sterne zu Augsburg um XXXII. Pfund Augsb. Pfenninge eine ihm von Bertold von Bobingen zur Haussteuer mitgegebene halbe Hufe daselbst, mit drei auf Einlager verschriebenen Bürgen. Daz geschah an dem Samztage nach S. Walburge (4 Mai).

1286. Heinrich der Schongauer zu Augsburg schenkt seiner Tochter im Katharinen Kloster den Maierhof zu Holzhusen. Zeuge: Berthold der Lesemeister. Daz geschah an S. Servatii Tage (13. Mai).

1286. Ulricus de Solzpurch, Imperialis Aulae Ministerialis, cum uxore Irmengarde, conventui fratrum Theutonicorum in Nurenberg M. marcis argenti puri vendit omnes possessiones suas in Menige, cum judicio villae, silvas Meingerawe et Meinigerberch, bona cum decima in Raikerspuhel, piscinam cum molendino in Rukerstetten, bona in Pollingen et Woffenbach cum silva Hengerholz juxta villam Hengen, et curiam in Reckenreuth cum nemore. Testes: M. Albertus Phisicus; Chunradus Officialis de Pospauer. Dat. et actum in vigilia ascensionis Domini (22. Mai).

1286. Ludwicus Praepositus, Hainricus Prior totumque Capitulum monasterii in Ursperg, de consensu Hartmanni Episcopi conferunt M. Chunrado de Schoenegge, civi Augustano, jus patronatus ecclesiae in Iringeshoven. Datum IV. Kal. Junii (29 Maii).

Annus. 1286. Hartmannus Augustensis Episcopus Capitulo suo donat homines, possessiones, praedia et jura in districtu a Blinthain usque in villam Riedlingen, sive citra sive trans Danubium, antea sibi in donatione Castri et bonorum in Dylingen reservata, cum omnibus rebus et juribus suis in Swenningen, simulque ecclesiae ipsae tradit ministeriales suos de Haimerstetten, de Scheppach, de Westernach, de Schnaitpach, de Wizenstain, hominesque sibi reservatos in Ulma. Dat. IV. Kal. Julii (28. Jun.).

1286. Gebhart Grave ze Hirzberch kauft von seinem Getreuen Ulrich von Soltzpurch und dessen Hausfrau Irmengart, nach Rath Conrads von Ursenssol Commenthurs ze Nurnberg die Burg Ober-Solzpurch, Kirchensatz, Weingarten daz Pucheich, jungen Holzschlag Erlach, und das Holz Prenmastsreut, um zwei tausend einhundert Mark Silber. Bürgen: Heinrich der Schenk von Hofstetten; Friedrich der Truchsefs von Sulzbach; Heinrich von Atterneck, der Vogt zu Hirschberg; Sifrid Swepfermann. Geschehen zu Soltzpurch auf dem Perge, an dem nehesten Sampztag vor S. Gallen Tag (12. Oct.).

1286. Heinrici dicti de Grietzpach reversales super concesso sibi a Conrado Praeposito S. Georgii extra muros Augustenses praedio in Kopflingen, jure personali, i. e. Leibgeding. Cum sigillo Ludowici Ducis Bavariae. Kal. (1.). Decembris.

1287. Arnoldus, Babenbergensis Episcopus, diversas indulgentiarum literas, Hospitali Cruciferorum S. Mariae Nurimbergae in dioecesi sua datas comprobat. Dat. Babenberc in vigilia Epiphaniae Domini (5. Jan.).

1287. Heinricus Vorchtel et Otto Topler, cives Norimbergenses, fratribus Domus Theotonicorum Norinbergae CCL. libris et XLIII. talentis Hallensium vendunt curiam suam in Holzheim et bona sua in Leutoldeshove, VII. feoda scilicet et II Selhäuser. Dat. XVII. Kal. Aprilis (16. Mart.).

1287. Commendator et fratres Ordinis Theutonicorum Domus in Ellingen Heinrico Bulzener, qui duas curias in Waldingen et Hurlbach eis vendidit, redditus quosdam ad vitae tempus, et postea pro anniversario assignant. Dat. et act. in vigilia ascensionis Domini (14. Mai).

1287. Heinrich von Bappenheim des Reiches Marschalk verkauft Marquart dem Maister von dem *Geren?* die Heide nach dem Recht seiner neuen Dörfer, nemlich als Lehen gegen Gült, und das Dorfgericht, mit Ausnahme der Gerichtsbarkeit über fliessende Wunden und Diupstal. Diz ist geschehen nach den Pfingesten (28. Mai?).

1287. Cunradus miles et Ulricus dicti de Muore renuntiant praetensis juribus super bonis Domus Theutonicorum Norimbergensis in Mittil Eschibach. Testis: Fr. H. Commendator in Oetingen. Acta IX. Kal. Augusti in vigilia S. Jacobi (24. Jul.).

1287. Irmengardis, Vidua Domini Ulrici de Solzpurch, donationem bonorum, per maritum suum Domui Theutonicorum in Nürenberch factam, coram compluribus civibus Norimbergensibus, in domo Fratrum Praedicatorum viva voce publice confirmat. Testes: Dom. Otto de Dietenhoven Judex Provincialis in Nurenberch; Berhtoldus dictus Phinziuch Scultetus. Act. feria III. proxima ante festum S. Michaelis Archangeli (23. Sept.).

Annus. 1287. Augustense Capitulum confert Ottoni Hurulohario, civi Augustensi, iure censuali proventus quosdam ex curia in Stadeln, ab Ulrico milite de Schonegge ad aram B. V. M. donata. Dat. Augustae IX Kal. Novembris (24. Oct.).

1287. Cunradus quondam Minister in Wizzenburch, Heinricus Notarius ibidem et Ulricus dictus Chunlin resignant ecclesiae S. Mariae in Ellingen agrum unum in loco Velbe, alterumque vendunt. Act. apud Wizzenburch die S. Briccii (13. Nov.).

1287. Bertha dicta de Dagene, Magistra conventus in Thetewanc, permutat cum Domo Hospitale S. Johannis in Rotenburc bona sua in Scheim pro bonis in Riczensassen. Dat. in crastino b. Nicolai (7. Dec.).

1292. Heinrici, Episcopi Warmihensis indulgentiae pro ecclesia S. Crucis Fratrum Minorum in Curia (Hof.) Dat. in Curia, die S. Barnabae Apostoli (11. Jun.).

1295. Coram Kunemundo et Heinrico, militibus, et Chunrado, fratribus dictis de Giech, Bernhardus de Elren (Burg Ellern) bona sua in Huppendorf XIII. libris Babenbergensium vendit Fratribus Quatuor Sedium in Babenberg. Actum et datum V. Kal. Sept. (28. Aug.).

1297. Dietericus de Wildenstein, Hermannus de Stovfen et Adilheidis uxor, filia Domini Dieterici, vendunt fratribus Domus Theutonicorum in Maezingen curiam in Beraiz, et curiam et tres areas in Ovenbur. Actum mense Aprili.

Anni incerti. Albertus Iseninc Hospitali S. Mariae Alemanicorum legat curiam suam propriam in Bernbach. Testes: Haward von Vtingen; Gerung de Porta; Eberhard von Winzer vnd der Tanner, und der Lavan, vnd der Truchsäze von Eigenmul; Heinrich Banholz; Heinrich von Geerlingen vnd sin Bruder Ernest; Rudiger von Hercsingen; Heinrich de Mezele; Cunrat der Caverser.

— Wernherus in ecclesia b. Mauritii Cellerarius XLV. talentis usumfructum quorundum praediorum ad vitae tempus adeptus, pro pretio fratribus b. Georgii delegat mansum unum in Inningen, ab Episcopo Walthero et successore ejus Kunrado sibi in beneficium datum; praetereaque bona quaedam beneficialia in Husen et alibi. Testes: Pertholdus Praepositus; Heinricus Decanus; Uto Decanus de Choro b. Mauricii; Diepolt Urbis Praefectus.

— Poppo Comes de Wertheim et Mechtildis conjux cum liberis Hospitali S. Mariae Teutonicorum conferunt parochiam in Eschenbach (cum advocatia, et exclusa omni Pincernae Berngeri de Rotingen advocatia). Sine Testibus.

Idem documentum, sed absque reservatione ulla et cum testibus: Ruperto Comite de Castele; Cunrado de Entse; Alberto de Hallerberg etc.

